Πωγωνίας, ὁ, Barbatus: ut πωγωνίαι ἀστέρες, e Cometarum genere. Plin. 2, 25. Κομήτας Græci vocant, nostri Crinitas, horrentes crine sanguineo, et comarum modo in vertice hispidas. Itidem πωγωνίας, quibus inferiore e parte in speciem barbæ longæ promittitur juba. Seneca Nat. Quæst. 1, 15. Cometarum genera sunt Pogoniæ, Lampades, et * Cyparissiæ, et alia omnia quorum ignis in exitu sparsus est. Vide et Ξιφηφόρος. Suidas autem πωγωνίας substantive exp. ὁ μέγας πώγων, Magna barba. ["Toup. Opusc. 1, 370." Schæf. Mss.]

Πωγωνιήτης, ET Πωγωνίτης, Suidæ Epith. Jovis est, i. e. Barbatus. Πωγωνιήτης autem Ionicum est PRO Πωγωνιάτης. [Barker. ad Etym. M. 1103. Lobeck. Phryn. 700.]

[* Πωγώνιον, Lucian. 2, 874.]

"Παγητὸς πολιὸς, Barba cana, ex interpr. Gazæ, "Theophr. H. Pl. 7, 7. Sed pro παγητὸς reponitur "πώγων."

ΠΩΛΕΩ, Vendo, Venundo. Aliquando sine casu, interdum cum casu: accusativo quidem rei venalis, genitivo autem pretii, at dativo emtoris. Quorum exempla subjiciam: Aristot. Polit. 2. Ἐν Λοκροῖς νόμος ἐστὶ μὴ πωλεῖν, ἐὰν μὴ φανερὰν ἀτυχίαν δείξῃ συμβεβηκυῖαν. Apud Athen. 6. Πωλῶν τις ἰχθῦς. Et paulo ante, Ἐρωτήσας πόσου τοὺς κεστρέας Πωλεῖς δύ' ὄντας, respondet piscator, δέκ' ὀβολῶν. Sic Dem. (p. 157.) Τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες. Idem pro Cor. Πωλοῦσι τῷ Φιλίππῳ τὴν πατρίδα. Pass. Πωλοῦμαι, Vendor. Apud Athen. 13. (p. 580.) πολυπραγμονεῖν πόσου Πωλεῖθ' ἕκαστον. Idem Athen. l. 3. Πωλεῖται πρὸς χρυσίον: ut Diosc. 1, 18. Πωλεῖται πρὸς διπλοῦν ἀργύριον, Duplo rependitur argento. Sic Theophr. de opobalsamo, Πωλεῖσθαι δὲ τὸ ἄκρατόν φασι δὶς πρὸς ἀργύριον, pro quo Plin. Cum duplo rependebatur argento. Affertur et πωλούμενος διπλασίῳ e Plut. Apophthegm. pro Qui duplo venditur. Item ap. Dionys. H. 4. Τοὺς ὑπὸ δόρυ πωλουμένους, Qui sub hasta vendebantur: ut fit in auctionibus. Rursum Plut. Popl. Πωλοῦντες τὰ δημόσια, Auctionantes publice: Solone (23.) Αἱ ἑταῖραι πεφασμένως πωλοῦνται: unde et μισθαρνεῖν dicuntur, et ap. Latinos, Quæstum corpore facere, necnon πορνεύειν, quasi περνάναι ἑαυτάς. ["Ad Charit. 141. Jacobs. Anth. 6, 178. 10, 124. Coray Theophr. 301. ad Mœr. 156. Abresch. Lectt. Aristæn. 86. Toup. Emendd. 1, 349. Ruhnk. ad Xen. Mem. 226. Valck. p. 242. De meretricibus, Toup. Opusc. 1, 230. Volo vendere, Dionys. H. 2, 790. Æsopus f. 99. Schneid. Π. et ἀποδίδοσθαι conjuncta, Ruhnk. ad Xen. Mem. 230. Particip. subaud., Jacobs. Anth. 9, 252. Π. ἐς, ad Herod. 131. 668.: τι πρός τι, Epigr. adesp. 448. Πωλήσομαι pass., ad Mœr. 368." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 584.] Πώλημα, τὸ, Id quod venditur s. venum exponitur, Res venalis, J. Poll. (3, 127.) e Xen. Πώλησις, ἡ, Venditio, i. q. πρᾶσις, J. Poll. (3, 124.) e Xen. [Œc. 3, 9. "Thom. M. 768." Schæf. Mss. * "Πωλητὴρ, Philo J. 1, 161." Wakef. Mss.] Πωλητήριον, τὸ, Locus ubi res venales exponuntur, Forum, i. q. πρατήριον, J. Poll. ex Hermippo Comico: 7, (11.) Καὶ ὁ μὲν τόπος ὅπου πιπράσκουσι, πωλητήριον ἂν καλοῖτο, καὶ, ὡς παρ' Ἡροδότῳ, πρατήριον. Vide et Ἀπεμπολάω. Item πωλητήριον Athenis vocabatur ὁ τόπος, ἔνθα συνεδρεύουσιν οἱ πωληταὶ, Harpocr. [Xen. Πόρ. 3, 13. "Thom. M. 768. Mœr. 314. et n., ad Herod. 522." Schæf. Mss. * "Πώλητρον, i. q. πωλητήριον, Theod. Prodr. in Notit. Mss. T. 8. P. 2. p. 129." Boiss. Mss.] Πωλητὴς, Venditor. Athenis πωληταὶ erant ἀρχή τις, δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, εἷς ἐκ τῆς φυλῆς ἑκάστης, οἳ διῴκουν τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα τέλη καὶ μέταλλα καὶ μισθώσεις καὶ τὰ δημευόμενα, ut Harpocr. annotat. Erat igitur Magistratus cui commissa erat elocatio vectigalium, metallorum, auctionum, quique functiones publicas elocabat; solent enim nonnullæ pecuniis conduci. Vide et Poll. 8., ubi περὶ πωλητῶν agit. Apud Harpocr. παροξυτόνως SCRIBITUR Πωληταί: sed alteram scripturam magis probo, quæ et ap. Suid. ac Poll. habetur. ["Luzac. Exerc. 178. * Πωλητικὸς, (Gl. Vendax,) Koen. ad Greg. Cor. 130." Schæf. Mss. Plato Soph. 224.]

Πωλὴ, ἡ, Venditio, ut ὠνὴ, Emtio; pro πώλησις, ut βοὴ pro βόησις. Unde accus. πωλὰς pro πράσεις ap. Harpocr. ex Hyperide. [Phot. Πωλάς· ἀντὶ τοῦ πράσεις· Ὑπερίδης· ἔστι τὸ ὄνομα καὶ ἐν τοῖς Σώφρονος Ἀνδρείοις.]

Πώλης, Venditor, πωλητὴς s. πράτης. Ab Aristoph. (Ἱππ. 131.) πεπαῖχθαι annotat Suid., sc. forma compositorum quæ sequuntur.

Αὐτοπώλης, Qui ipse per se vendit, h. e. Qui non vendit ab alio emta, ut κάπηλος, sed ὁ ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ πωλῶν τὴν ἑαυτοῦ πρόσοδον, ut Aristoph. Schol. docet. Ab hoc autem emit ὁ κάπηλος quæ revendat: ἔμπορος vero Qui aliunde importat aut vicissim alio exportat: a quo emit ὁ παλιγκάπηλος. Vide et Bud. Comm. 469. Themist. metaphorice αὐτουργὸν καὶ αὐτοπώλην vocavit Eum qui suas orationes vendit. ["Schol. Aristoph. Πλ. 1156. et Hemst., Heind. ad Plat. Gorg. 245." Schæf. Mss. * Αὐτοπωλικὸς, Plato Soph. 224.] Μονοπώλης, Qui solus vendit, ut Qui solus in aliqua urbe merces aliquas divendit. UNDE Μονοπωλία, ἡ, ET Μονοπώλιον, τὸ, Privilegium et jus τοῦ μονοπώλου, Cum aliquis solus merces aliquas divendit. Aristot. Polit. 1. Ἐάν τις δύνηται μονοπωλίαν αὐτῷ κατασκευάζειν, Sibi soli jus vendendi comparare: quod dicit esse χρηματιστικόν. Ibid. Μονοπωλίαν τῶν ὠνίων ποιοῦσι. Quod autem alii μονοπωλίαν dicunt, id Hyperides μονοπώλιον, teste Polluce (7, 11.) Utuntur hoc vocab. Μονοπώλιον Latini quoque. Plaut. Habes murrinam et calamum; potes monopolium instituere. Et Plin. 8, 37. Magnum fraus et ibi lucrum monopolio invenit. Ubi Hermolaus quoque annotat Monopolium dici, Cum penes unum aliquem vendendi potestas est. [Memnon Photii 21. Diod. S. 5. p. 203, 32. "Μονοπωλία, Strabo 232." Wakef. Mss.] Μονοπωλέω, Solus vendo quippiam, Monopolium penes me est, Monopolii jus obtineo, Strabo (319.) Αἰσθομένους δὲ τοῦτο τοὺς Ταυρίσκους μονοπωλεῖν, ἐκβαλόντας τοὺς ἐργαζομένους, Monopolium instituisse, sibi usurpasse. [* "Παλιμπώλης, T. H. ad Plutum p. 446." Schæf. Mss.] Παντοπώλης, Qui omnis generis res venales vendit, J. Poll. Οἱ πάντα πωλοῦντες, παντοπῶλαι, [Anthippus Athenæi 404. * "Παντοπῶλις, Quæ omnis generis res venales vendit, Chrys. in Ep. ad Coloss. Serm. 12. T. 4. p. 155, 42. Παντοπώλιδος καὶ λακανοπώλιδος καὶ δημιουργοῦ ταῦτα." Seager. Mss. Phav. 570. * Παντοπωλέω, 172. Παντοπωλία, ἡ, Omnis generis rerum venditio, J. Poll. ex Archippo Comico, i. q. παμπρασία. ET Παντοπωλεῖον, Locus ubi omnis generis res veneunt, Forum publicum, J. Poll. ["Ad Charit. 250. * Παντοπώλιον, ibid." Schæf. Mss. Plut. Dione 53. Plato de Rep. 8. p. 557.] Προπώλης, Proxeneta, Pararius, sc. a parte emtoris, ut qui pro emtore fidejubet venditori, ὁ τοῖς πιπράσκουσι προξενῶν, Isæo et Dinarcho προπράτωρ, teste J. Poll., qui hoc προπώλης ex Aristoph. citat. Sunt qui interpr. Institor venditoris: ITIDEMQUE Προπωλέω, reddant, Institoris munere fungor, ut ap. Plat. de LL. 12. Ὁ προπωλῶν ὁτιοῦν, Qui in quovis negotio institoris munere fungitur. Bud. interpr. Venditator, Qui res minoris emtas, pluris postea vendit. Sic Idem Annot. prior. in Pand. Quæque venduntur a

minutariis et venditatoribus, qui et propolæ dicuntur, h. e. non sua vendentes, sed a negotiatoribus emtitata pluris postea vendentes. Utitur vocabulo Propola cum Plaut., tum Cic. in Pisonem, Pistor domi nullus, nulla domi cella: panis et vinum a propola atque decupa. Vide et Προπράτης. Sed malit fortasse aliquis προπωλεῖν priore loco ponere, et inde derivare nomen προπώλης: cui non magnopere repugnarim: præsertim cum non neutraliter usurpetur ut μονοπωλέω et alia quædam, verum active. [* "Προπωλητής, Inscr. e Papyro Ægypt. Ed. Boeckh." Boiss. Mss.] Τιμοπώλης, quidam interpr. Qui pretio vendit. J. Poll. (7, 195.) non exp., sed inter πιπράσκοντας numerans, e Phrynicho Tragœdo affert, Σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεύς, οὐδὲ εἷς. Alii Τιμιοπῶλαι exp. Pollinctores: attamen Pollinctores dicuntur Qui mortuorum cadavera inungunt et sepulturæ parant. Certe derivatum a Τίμιος, significabit Rerum pretiosarum venditor. [* Τιμιοπωλέω, Care vendo, Hes.]

Ἀρτοπώλης, Κρεωπώλης, Ἰχθυοπώλης, Προβατοπώλης, Συνπηειοπώλης, et similia, cum suis substantivis poni debent.

Παλίμπωλος, Qui revendit aliquid, ὁ ἀναπωλῶν s. ἀναπιπράσκων, Qui vendit τὰ δεύτερον πιπρασκόμενα. Idem cum παλιγκάπηλος. J. Poll. [7, 12. "T. H. ad Plutum p. 446." Schæf. Mss.]

Ἀναπωλέω, Rursus vendo, Revendo, ἀναπιπράσκω, J. Poll. 7, c. 2. Τὸ δὲ δεύτερόν τι πιπράσκειν, ἀναπωλεῖν ἐρεῖς, καὶ ἀναπιπράσκειν, [Lobeck. Phryn. 584. * Ἀναπώλημα, contr. Ἀμπώλημα, Tab. Heracl. 212.]

Διαπωλέω, Divendo, ["ad Charit. 255." Schæf. Mss. "Diog. L. 5, 16." Wakef. Mss.]

Ἐκπωλέω, Vendo, i. q. πωλέω s. ἀποδίδωμι: Hes. ἐκπωλεῖσθαι, προγυμνάζεσθαι.

Ἐμπωλέω, Vendo in aliquo loco, ["Schneid. Anab. 426. (7, 5, 3.)" Schæf. Mss.] UNDE Ἐμπώλησις, ET Ἐμπωλή, Venditio, J. Poll. 3, 25. Πρᾶσις, ἐμπώλησις, ἀλλαγή, 7, 9. Πρᾶσις, μεταβολή, ἀπόδοσις, ἐμπωλή. Ibid. ponit verbum ἐμπωλεῖν, synonymum τῷ πωλεῖν, πιπράσκειν, ἀποδίδοσθαι, μεταβάλλειν, et similibus aliis. ["Ἐμπωλή, Fischer. ad Palæph. 181." Schæf. Mss.] Ibid. AFFERT Ἐμπώλημα quoque e Xen., φόρτον, ἐμπώλημα, ῥῶπο, γέλγη. Accipit autem ἐμπώλημα pro πώλημα. ["Affert HSt. Thes. tanquam Xenophonteum, sed vel in mente habuit πώλημα, vel perperam intellexit locum Pollucis 7, 8." Lex. Xen. * Ἀπεμπωλέω, vox susp., Lobeck. Phryn. 584. Apollod. Bibl.]

[* "Καταπωλέω, Vendo, Clem. Alex. 233." Kall. Mss. "Ad Lucian. 1, 389." Schæf. Mss. Cyr. Alex. in Mich. 7. p. 455. * Μεταπωλέω, Gl. Revendo. * Συμπωλέω, Dio Cass. 873.]

Ἐμπολέω, i. q. ἐμπωλέω. || Item Comparo s. Acquiro mihi, Alicunde emo, ἐξωνοῦμαι, ut Eust. exp. pass. vocem Od. O. (455.) βίοτον πολὺν ἐμπολέοντό [—όωντο.] Et ἐμπολήσαντες, Hesychio πριάμενοι, ὠνησάμενοι. Itidem Aristoph. Εἰρ. (367.) ἀλλ' οὐδὲν ἠμπίληκά πω, Οὔτ' ἄλφιτ', οὔτε πυρὸν, ὡς ἀπολούμενος. Nil quicquam mihi emi, s. comparavi. Nam οἱ στρατευόμενοι, πυρὸν καὶ ἄλφιτα ἑαυτοῖς ὠνοῦντο, Suidas. Schol. exp. ἐνεπορεύοντο: [cf. v. 448. ubi Brunck. "Ἐμπολέω agnoscit HSt. Thes.; sed illud vereor ut sit sincerum."] Soph. Œd. T. (1025.) Σὺ δ' ἐμπολήσας ἢ τεκὼν μ' αὐτῷ δίδως; i. e. ἀγοράσας: vel etiam εὑρὼν, inquit Schol. Item Comparo, Acquiro, i. e. Lucror: velut e negotiatione. Lucian. (1, 621.) Οὐδ' ὄβολὸν ἐμπεπολήκαμεν, Ne obolnm quidem lucrifecimus: (646.) Ἐμπολήσας στίγματα, Qui notas lucrifecit, contraxit. Item ap. Suid. Ἐμπολήσωμεν, ἐμπορευσώμεθα, συνάξωμεν, sc. πωλήσαντες τὸν καρπόν. Significat ἐμπορεύειν interdum E negotiatione acquirere sibi. Item ἐμπολῆσαι pro Mortem sibi accersere, Soph. Aj. (978.) p. 57. Ἆρ' ἠμπόληκας, ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ; ubi Schol. exp. ἐκέρδανας, περιεποίησας, annotans ἐπὶ κακοῦ λέγεσθαι. Notandum autem posse quædam præcedentium temporum derivari et a VERBO Ἐμπολάω, quod Suid. agnoscit. Unde et ap. Hes. Ἐμπολόωντο, περιεποίουν, ἐνεπώλων. || Idem Hes. ἐμπολᾷ exp. πραγματεύεται, περιέρχεται: quod posterius fuerit potius ad πωλέω s. πολέω referendum, significans ἀναστρέφομαι, Versor. Eust. quoque a posteris Homeri scribit pro πραγματεύεσθαι usurpari verbum ἐμπολᾷν, subjungens hoc hemistichium, [e Soph. Ant. 1037.] Κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε. Ἐμπολέω, Lobeck. Phryn. 17. "Schneid. Anab. 426. Brunck. Aristoph. 3, 131. 225. Mœr. 156. et n., ad Lucian. 1, 357. 492. Ἐμπολάω, Wakef. Trach. 93. Eum. 634. Aristoph. Εἰρ. 563. Coray Theophr. 301. Lucian. 1, 409. 2, 324. Brunck. ll. cc. Aj. 978. Lobeck. p. 377. Mœr. l. c. Fischer. Ind. Palæph., Valck. Diatr. 166." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 583.]

Ἐμπόλημα, τὸ, Id quod sibi aliquis emit et comparavit, [Soph. Tr. 538. Eur. Cycl. 137. Venditio, Nundinatio, Theophr. Char. c. 6. "Fischer. Ind. Palæph. * Ἐμπόλητος, Brunck. et Wakef. ad Soph. Phil. 417. * Ἐμπολητὸς, Valck. Adoniaz. p. 358." Schæf. Mss.]

Ἐμπολή, ἡ, i. q. ἐμπόλημα, Aristoph. Ἀ. (929.) Ἔνδησον, ὦ βέλτιστε, τῷ ξένῳ καλῶς Τὴν ἐμπολὴν οὕτως, ὅπως Ἂν μὴ φέρων κατάξῃ, Emtas merces. Schol. exp. τὸ ἀπὸ τῆς πραγματείας κέρδος, Lucrum e negotiatione partum; itidemque alibi significare ait τὸ τῆς πραγματείας κέρδος, ἡ συναγωγὴ τοῦ κέρδους: item et φορτίον, quod huic loco magis conveniret. Hes. exp. non solum κέρδος, φορτίον, sed etiam τὴν ἀργυρέην ἀλλαγήν. ["Jacobs. Anth. 8, 396. 9, 343. Brunck. Soph. 3, 445. Mœr. 155. et n., Fischer. Ind. Palæph. et ad p. 181. Valck. Diatr. 240. Brunck. Aj. 978. ad Eur. Hipp. p. 358. Cycl. 253." Schæf. Mss.]

Ἐμπολαῖος dicitur Mercurius Præses negotiationis, unde et Ἀγοραῖος et Κερδῷος, Aristoph. Πλ. (1155.) Παρὰ τὴν θύραν ἱδρύσασθέ με ἐμπολαῖον: verba Mercurii: ubi Schol. exp. πραγματευτὴν, ἢ ἀγοραῖον, καὶ τῆς καπηλείας προεστῶτα. Itidem ap. eund. Poetam Ἀ. (816.) Ἑρμᾶ 'μπολαῖε, exp. ἐμπορικὲ, πραγματευτικέ. Hes. Ἐμπολαῖος, ὁ Κερδῷος Ἑρμῆς. ["T. H. ad Plutum p. 457. Lobeck. Aj. p. 354. ad Diod. S. 1, 391. Fischer. Ind. Palæph." Schæf. Mss.] Ἐμπολεὺς, Negotiator, πραγματευτὴς, ἔμπορος, Epigr. ["Phanias 7. Toup. Opusc. 2, 15." Schæf. Mss. Cf. Ἐμπολος.] Ἀπεμπολέω, SIVE Ἀπεμπολάω, Vendo, Venundo. Prioris hæc exempla sunt. Hes. Ἀπεμπολεῖ, πιπράσκει. Et ἀπεμπολεῖται Bud. affert e Fabulis Æsopicis (18, 45. 49.) pro Venundatur. Posteriore usus est Aristophanes metaphorica signif. Ἀ. (374.) Κἀνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπολώμενοι, Sese venundari assentationibus et blandimentis non intelligunt, inquit Bud., h. e. quod sese ipsis assentatoribus addicunt. Item cum casu, iuterdum accus. rei venalis, interdum gen. pretii: quem usum πωλέω quoque habet. Lucian. (1, 597.) Ὃς καθάπερ ἀνδράποδα παραγαγὼν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πωλητήριον, καὶ κήρυκα ἐπιστήσας, ἀπημπόλησεν τοὺς μὲν μνᾶς Ἀττικῆς, ἐμὲ δὲ δύ' ὀβολῶν. Polyb. Ὁ χρημάτων ἀπεμπολῶν τὴν ὥραν. Et Greg. Naz. Προσκαίρου κέρδους ἢ δυναστείας μικρᾶς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἀπεμπολήσαντες, ubi eodem plane modo dicitur κέρδους τὴν σωτηρίαν ἀπεμπολήσαντες quo ap. Juv. Vendere animam lucro. Rursum Lucian. cum solo accus. (1, 678.) Ἐπειδὰν εἰς τοιαύτην σεαυτὸν λατρείαν ἀπεμπολήσας εἰσίῃς. Hes. quoque ἀπεμπολήσας exp. πωλήσας, πεπρακώς: Ἀπεμπολῆσαι, ἐπὶ κέρδος ἀποδόσθαι τι. Idem Hes. ἐμπολήσας exp. etiam πραγματευόμενος, s. potius πραγματευσάμενος. [Ἀπεμπολέω, J. Poll. 3, 124. 6, 191. Euseb. Hist. Eccl. 9, 8. Pr. E. 4. p. 162. Plut. 7, 240. Suid. v. Ῥουφῖνος, Porson. Advers. p. 188. Lobeck. Phryn. 584. "Ad Mœr. 156. Valck. ad Herod. 48. 93. ad Lucian. 1, 357. Bergler. ad Alciphr. 337. Ἀπεμπολάω, ad Mœr. l. c. Eur. Phœn. 1234. Iph. T. 1360. Fischer. Ind. Palæph. v. Ἐμπ. Wakef. Ion. 1391. ad Lucian. 1, 680. Kuster. Aristoph. 120." Schæf. Mss.] Ἀπεμπόλησις, Venditio, Nundinatio, Hippocr. Εἴδησις τῶν πρὸς βίον χρηστῶν, καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις, Nundinatio s. Venditio medicamentorum ad purgandum necessariorum, [J. Poll. 6, 191.] Ἀπεμπολητὴς, Venditor, Qui lucrum e venditionibus facit; Institor, ut nonnulli exp. [Lycophr. 341.]

Ἀπεμπολή, i. q. ἀπεμπόλησις, Venditio, Venditio quæ fit cum lucro: sicut ἀπεμπολῆσαι ait Hes. esse Venundare lucri causa. Suidas autem vult ἀπεμπολὴν esse Venditionem quæ fit cum impostura. Exp. etiam ἐμπορία, Negotiatio, tam a Suida quam Hes. [* Ἀπεμπολεὺς, Bekk. Anecd. 296.] Διεμπολάω, Coëmo, Mercor, Aristoph. Ἀ. (973.) ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾷν, Schol. πρὸς πραγματείαν ἐπιτήδεια ἀγοράζειν. [" Divendo, Eur. Bacch. 512. Prodo, Soph. Phil. 579. ubi Schol. λάθρα ἀπατάω." Seager. Mss. * Διεμπολέω, Lobeck. Phryn. 584.] Ἐξεμπολάω, Vendo. Unde ἐξημπολημένοι, Venditi. [Soph. Ant. 1036. * " Μετεμπολάω, Testament. Joseph. c. 13. in Fabric. Cod. Pseud. V. T. p. 715." Schn. Lex. Suppl.] " Παρεμπολάω, Insuper et præter alia emo s. " comparo. Metaph. Eur. Med. (910.) Εἰκὸς γὰρ " ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος Γάμους παρεμπολῶντί γ' " ἀλλοίους πόσει, Alias sibi nuptias mercanti s. com- " paranti præter jam ante contractas." [* " Συνεμπολάω, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 150." Elberling. Mss.]

ΠΩΛΟΣ, Pullus: plerumque de Pullo equino, quem Equuleum Cicero nominat, ut cum ait, Domitores equorum fame debilitant equuleorum nimis effrenatam vim. Dicitur autem de pullis s. equuleis et teneræ et adultæ ætatis. Il. Λ. (680.) Ἵππους δὲ ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα Πάσας θηλείας· πολλῇσι δὲ πῶλοι ἐπῆσαν. Et Υ. (222.) similiter, Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο Θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι, ubi observa etiam fem. genere dici πώλοισι ἀταλῇσι pro ἀπαλαῖς, νέαις, Teneris pullis. Plato Cratylo, Ἐὰν βοὸς ἔκγονον φύσει, ἵππος παρὰ φύσιν τέκῃ μόσχον, οὐ πῶλον κλητέον, ἀλλὰ μόσχον. Item de pullis adultioribus, Plut. (6, 314.) Οἷός τ' ἐστὶ κατὰ τὸν Σιμωνίδην, Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς, ἅμα τρέχειν, Ut Pullus jam ablactatus, Xen. Ἱππ. (1, 1.) Τοῦ ἔτι ἀδαμάστου πῶλον, Plut. (8, 542.) Λυκοσπάδες πῶλοι, Qui lupatis assueti sunt: contra ἄστομοι, Qui durioris sunt oris, vel frænis non assueverunt. Soph. (El. 724.) Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι Πῶλοι βίᾳ φέρουσι. Apud Athen. (108.) Πηδᾷ, χορεύει, πῶλος ὡς ὑπὸ ζυγοῦ. Itidem Od. Ψ. (246.) Λάμπον καὶ Φαέθονθ', οἵτ' ἠῶ πῶλοι ἄγουσι, Qui pulli auroram vehunt, Qui equulei. Asinis quoque, item et elephantis πῶλοι tribuuntur. Sic Varro Pullus asininus; Plin. Pulli onagrorum. Matth. 21, (2.) Εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς, Geop. (16, 21, 6.) Ταῖς θηλείαις ἵπποις ὑποβάλλουσι τοὺς τῶν ὄνων πώλους, pro his Varr. Pullum asininum a partu recentem subjiciunt equæ. Aristot. H. A. 9, 1. de elephantis, Ἔστι δὲ ἡ θήρα καὶ μεγάλων ἤδη ὄντων καὶ πώλων. Plin. dicit Elephantorum vituli: quod vocab. Vitulus pro Pullo equino etiam Virg. posuit in Georg. Jam vitulos hortare, viamque insiste domandi. Πῶλοι dicuntur etiam Pueri et puellæ, metaphorice, Eur. Hec. (144.) Πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαζῶν. Vide Μόσχος. Idem alibi πῶλον ἄζυγα vocat παρθένον γάμου ἄπειρον. Itidem Nicander Ἀ. (65.) ἐν σταγόνεσσι γάλακτος Θηλυτέρης πώλοιο χέας ὀπὸν, i. e. νέας γυναικὸς, Juvencæ mulieris. At Ἀφροδίτης πῶλοι dicuntur Meretrices juvencæ, ap. Athen. (568.) πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας. [Cf. Horat. Carm. 1, 23. 2, 5. 3, 9. 11.] || Item Nomen proprium Rhetoris, ad quem Herodicus, ἀεὶ πῶλος εἶ: ut ad Thrasymachum, ἀεὶ Θρασύμαχος εἶ. [" Markl. Iph. p. 63. Wakef. Eum. 408. Jacobs. Anth. 6, 178. 7, 49. 8, 123. 11, 69. Strato 77. Pierson. Veris. 101. Valck. Phœn. p. 117. 297. Hipp. p. 285. Callim. 159. Munck. ad Anton. Lib. 139. Verh. 300. Heyn. Hom. 8, 54. Pro Virgine, Musgr. Iph. T. 142. Tro. 536. Numus, Valck. Phœn. p. 116. De bubus, Toup. Opusc. 2, 161. I. q. ἦθεος, 1, 126. Eur. Phœn. 954. Hec. 140. Πῶλος, Histrio, ad Lucian. 1, 479." Schæf. Mss.] Πωλοδαμνέω, Pullos domo. Accusativo junctum significat Ut pullum domo et erudio. Soph. Aj. (549.) αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς Δεῖ πωλοδαμνεῖν: i. e. ὡς πῶλον γυμνάζειν καὶ παιδαγωγεῖν. [Xen. Œc. 3, 10. Lobeck. Phryn. 594. Eur. Rhes. 187. 624. Lucian. 2, 448. " Plut. Mor. 1, 7." Schæf. Mss. * Πωλοδαμέω, Lobeck. l. c.] Et Πωλοδάμνης, Equuleorum s. Pullorum domitor: Cic. Equorum domitor. Utitur Xen. Œc. [13, 7. Ἱππ. 2, 1. 2. 3. " Ad Herodian. Philet. 449." Schæf. Mss. * Πωλοδαμνική, ἡ, Ælian. H. A. 6, 8.] Apud Suid. LEGITUR ET Πωλοδαμαστὴς, quod exp. γυμναστὴς, [" Diod. S. 2, 219." Schæf. Mss. * Πωλοδαμαστική, ἡ, Steph. Byz. in Ἄχναι. * Πωλοδαμναστικὸς, Lobeck. l. c. * Πωλοκόμος, Gl. Pullarius. * Πωλομάχος, Antbol. 5. p. 538.] Πωλοτρόφος, Pullos nutriens: ut πωλοτρόφος Θεσσαλίη, Epigr. Laudatissimi enim erant ἵπποι Θεσσαλικοί. [Ælian. H. A. 16, 36. ἐλέφαντος. * Πωλοτροφέω, Geop. 16, 1, 1. * " Πωλοτροφία, Brunck. Aristoph. 1, 52." Schæf. Mss. * Πωλοτροφική, ἡ, Ælian. H. A. 4, 6.]

Αἰολόπωλος, Varios pullos s. equuleos habens, Il. Γ. (185.) ἀνέρας αἰολοπώλους, Schol. ποικίλως ἱππαζομένους, ταχεῖς ἵππους ἔχοντας. Hes. itidem non solum ποικιλοπώλους, verum etiam ταχυπώλους, ex eo quod αἰολεῖν significet κινεῖν. Dicuntur igitur αἰολόπωλοι, Qui varios et maculosos pullos habent, vel variis modis domitos et exercitatos, ideoque agiles et pernices. [* " Βραδύπωλος, superl. βραδυπωλότατος, Tzetz. Ch. 13. tit. 460. * Δίπωλος, Jo. Malal. 1, 221. ἅρμα." Elberling. Mss. Hemsterh. ad Callim. Fr. p. 417. * Ἐνδοξόπωλος, vide Κλυτόπωλος.] Ἑξάπωλος, Sex pullos s. equuleos habens: ἑξάπωλον ἅρμα, Currus quem sex equulei conjugati trahunt, ut Apul. Quadrijuges et Sejuges currus: Plin. autem et Livius Sejuges dicunt senos equos ad unum currum junctos. Herodian. (5, 6, 16.) Τὸ δὲ ἅρμα ἦγεν ἑξάπωλον, ἵππων λευκῶν, μεγίστων τε καὶ ἀσπίλων. Εὔπωλος, SIVE Ἐὔπωλος, resolutione Ionica et poetica, Pulcros equuleos habens aut ferens, εὔιππος, Od. Ξ. (71.) Ἴλιον εἰς ἐύπωλον, i. e. καλοῖς ἵπποις χρώμενον, Schol. Exp. et aliter, ut supra docui post Πωλέω, Verso. Ἐχέπωλος, Equuleos s. Pullos equinos habens: Hes. ἐχέπωλοι, ἱππικοὶ, ἱπποτρόφοι. [* Καλλίπωλος, Pind. Ὀ. 14, 2.] Κλυτόπωλος, Pullis equorum inclytus, Celebris equorum pullitie, Il. E. (654.) Ἄϊδι κλυτοπώλῳ, Schol. ἐνδόξους ἵππους ἔχοντι: et οὗ κλυτή ἐστιν ἡ * ἐπιπώλευσις, Hesychio itidem κλυτόπωλος EST Ἐνδοξόπωλος, et ἱππεὺς ἀγαθός. Affertur ET Κλυτόπωλος itidem pro Circa equorum pullos insignis. " Κλειτόπωλος, Equis et re equestri insignis: " qui dicitur et κλυτόπ." Λευκόπωλος, Candidos pullos habens, Quem nivei equulei vehunt, Solis epith., item diei, s. lucis: ut ap. Soph. Aj. (673.) Ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κύκλος Τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν. [* Μονόπωλος, Eur. Or. 1004. Schol. ad Phœn. 800.] Ταχύπωλος, Pernices equuleos habens, Qui velocibus equorum pullis utitur, Il. E. (316.) Δαναῶν ταχυπώλων, Ψ. (6.) Μυρμιδόνες ταχύπωλοι. Exp. et ἱππικὸς, Rei equestris peritus. [* Τετράπωλος, Pisid. Opif. 398. " Jo. Malal. 1, 221. 222. Theod. Prodr. 2. τὸ τετράπ. ἡλίου δίφρον." Elberling. Mss. " Τετράπωλον ἅρμα, Currus quatuor equis junctus, Montf. Palæogr. 228." Kall. Mss. * Τετραπωλία, Gl. Quadrigæ. * " Τρίπωλος, Dionys. H. 3, 1498. Wessel. Obss. 116." Schæf. Mss. Eur. Andr. 276. ἅρμα. Τρίπωλον, Gl. Triga. * Ὑπέρπωλος, Scholiastæ πολύϊππος, Æsch. Pers. 791. * Ὑπόπωλος, Strabo 8. p. 540.]

Πωλικὸς, Pullinus, Lucian. (1, 842.) Ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον, Ritu pullorum. Item πωλικὴ ἀπήνη ap. Soph. (Œd. T. 812.) Rheda s. Vehiculum quod pulli trahunt. Sic Lucian. (1, 164.) Τελείῳ ἅρματι καὶ συνωρίδι πωλικῇ. [" Jacobs. Anth. 8, 123. ad Lucian. 1, 423. 427. Toup. Opusc. 2, 161. Valck. Diatr. 106." Schæf. Mss.]

Πωλίον, τὸ, Pullulus, i. e. Parvus pullus, Tenellus pullus s. equuleus, Aristoph. [Σφ. 189. " Abresch. Æsch. 2, 2." Schæf. Mss.] AT Πώλιον, pro Pullium, i. e. Quod equa emittit antequam pullum partu edat, ex Aristot. H. A. 8, [24. Bast. ad Greg. Cor. 321.]

Πωλάριον, i. q. πωλίον, Plato ap. Diog. L. de Aristot. Ἡμᾶς ἀπελάκτισε, καθαπερεὶ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα, [" Diog. L. 5, 2." Wakef. Mss.]

Πωλεύω, Pullos equinos domo et erudio, ut παι-

δεύω, Pueros erudio, Xen. Ἱππ. (2, 1.) Ὅπως γε μὴν δεῖ πωλεύειν, δοκεῖ ἡμῖν γραπτέον εἶναι, J. Poll. 1. Δαμάσαι δ' ἂν εἴποις καὶ πωλεῦσαι, πωλοδαμνεῖν, καὶ ἐκπαιδεῦσαι, καὶ ἡμερῶσαι, ἀσκῆσαι, ἀνὰ διδάξασθαι. [Ælian. H. A. 13, 8. * Πώλευμα, Max. Tyr. 7, 8.] Πώλευσις, Domitio equorum, Cura domandi et erudiendi pullitiem equinam, etiam Cura formandi: ut Virg. dixit Formare vitulos. Xen. (Ἱππ. 2, 1.) Ἀμφὶ πώλευσιν διατρίβειν, Circa equuleos domandos et erudiendos. [* Πωλευτής, Equorum curator, Max. Tyr. 7, 8. Ælian. H. A. 7, 41. ἐλέφαντος, 8, 17. 10, 10.] Πωλευτικός, Ad equuleos domandos erudiendosque idoneus, [Ælian. H. A. 11, 36. * Πωλευτός, unde] Ἀπώλευτος, Non domitus eruditusque, ut pulli domari solent et erudiri. Apud Suid. Τὰ τέκνα αὐτῶν ἀθροίσαντες εἴς τινα ἅλω, καὶ ἱππαγέλην ἐπελάσαντες ἀπωλεύτων, μάλα ἀνοίκτως ἀλοῶντες διέφθειραν, Equorum gregem nondum domitorum. Suidas tamen ἀπωλεύτων exp. ἄνευ πώλων. [" Ad Herod. 624." Schæf. Mss.]

Πωλεία, i. q. πώλευσις, Xen. Ἱππαρχ. (2, 2.) Ab Ulp. autem de ædilitio edicto πωλείαν usurpari ajunt pro Armento pullorum s. equuleorum, ut Varro Equariam accipit pro Armento s. Grege equorum. || Fimum pulli asini quod primum edidit. Sic enim Plin. 28, 13. Asinini pulli fimum quod primum edidit (Polean vocant Syri) datur in aceto mulso. || Πωλεία Suid. exp. χαίτη. Nisi potius ap. Eund. scr. πωλεία χαίτη, Pullina seta s. coma: ut sit a masc. πώλειος, Pullinus. [Strabo 5. p. 325.] At Πωλία, Hesychio Æreum pegma humeris suis gestans τὰς τῶν Λευκιππίδων πώλους.

[* Πωλίζειν, Gl. Pullari. * Πώλισις· Pullatio.]

ΠΩΜΑ, τό, Operculum, Il. Δ. 116. πῶμα φαρέτρης, Od. I. 313. ὡς εἴτε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη, Θ. (447.) Αὐτίκ' ἐπήρτυε πῶμα, Aptavit operculum, sc. τῷ κιβωτίῳ, s. χηλῷ, ut ipse vocat: B. (353.) Δώδεκα δ' ἔμπλησαν, (sc. ἀμφορέας) καὶ πώμασιν ἄρσον ἅπαντας. Et Hesiod. Ἔργ. (1, 98.) de dolio Pandoræ, ἐπέβαλε πῶμα. Ibid., paulo ante, πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα. Sic ap. Athen. (483.) Φοίνιξ, καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων. Item πώματα πορφυρῶν ap. Gal. Simpl. l. 11. Opercula purpurarum piscium, i. e. Testæ s. Conchæ: ὄστρακα. || Πῶμα Hes. exp. ἔκπωμα, Poculum. || Potus s. Potio, Eur. (Iph. T. 952.) δαιτὸς καὶ πώματος. Et ex Esdra 3, (7.) Βρώματα καὶ πώματα. Sed quidam in his ll. scribere malunt πόμα, ut supra post Πίνω in Πόμα docui, quo hæc pertinent. || Aliam præterea nominis hujus πῶμα signif. vide ap. Diosc. 1, 149. de palma. ["Πῶμα, Operculum, Jacobs. Anth. 6, 152. ad Lucian. 1, 292. Conf. c. στόμα, ad 2, 222. Πῶμα, Potus, Phryn. Ecl. 201. Thom. M. 481. ad Charit. 783. Wakef. Phil. 714. Eum. 266. Jacobs. Anim. 114. Brunck. Soph. 3, 386. Pierson. Præf. ad Mœr. 48. Brunck. ad Hipp. 210.:—' Promiscue adhibentur πῶμα et πόμα, prout alterutrum versui convenit.' Segaar. Epist. ad Valck. p. 9. Pauw. ad Herodian. 201. Steinbr. Mus. Tur. 1, 183. Toup. Opusc. 2, 104. Πῶμα, πόμα, Ammon. 114. Valck. Hipp. p. 185. Musgr. ad v. 209. Bredow Ep. Par. 122." Schæf. Mss. Porson. Advers. 191. * Ἄπωμος, Sine operculo, Geop. 6, 1, 4. Ad normam τοῦ ἄσωμος.]

Πωμάζω, Fut. άσω, Operculo claudo et Obturo, Operculo: Colum. Vasa operculare et oblinere. Unde ap. Aristot. Probl. πωμάσῃ, Opercularit. Et H. A. 8. πωμασθῇ, Operculatus s. Operculo apposito clausus fuerit: Ἐὰν πωμασθῇ ὀλίγος ἀήρ. Apud Eund. in Probl. Πωμασθεὶς αὐλός, Tibia operculo obturata. ["Bibl. Crit. 1, 2. p. 171." Schæf. Mss. Diosc. 2, 212. χύτρα πεπωμασμένη. "Babr. 48. Geop. 1, 171. * Πωμασμός, Eust. Od. 357, 36." Wakef. Mss. * Πωμαστήρ, unde * " Πωμαστήριον, ad Diod. S. 1, 177." Schæf. Mss. Vide Schn. Lex. * Πωμαστός, unde * Ἀπώμαστος, Geop. 7, 19, 1. 13, 10, 8. 20, 46, 3.]

[* " Ἀναπωμάζω, Hero Mathem. Spirit." Schn. Lex. * Ἐπιπωμάζω, Hippocr. 423, 30. LXX. Ps. 43, 20. 68, 16.] Παραπωμάζω, Operculo, Obstruo operculo et obturo, Aristot. de Juvent. et Sen. (3.) loquens de carbonibus, Ἂν ὦσι παραπεπωμασμένοι τῷ καλουμένῳ πνιγεῖ. Vide Πνῖγος. Περιπωμάζω, Operculo circumcirca obturo, Circumcirca operculo, [Theophr. Fr. 3, 43. sed Schneid. reposuit περιπωματίζοντες.]

[* " Πωμαίνω s. * Πωμαννύω, unde * Ἐπιπωμάννυμι, Hero Spirit. p. 180. ἐπιπωμαννύμενα." Schn. Lex.]

Derivata a genitivo.

Πωματίας, Operculatus, Diosc. 2, 11. Κοχλίας ὁ ἐν ταῖς κατὰ Λιγυρίαν ἄλπεσι πωματίας καλούμενος, ubi Ruell. Cochleæ quæ in Liguriæ Alpibus Pomatiæ, i. e. Operculares, cognominatæ. Quale fortasse et id cochlearum genus de quo Plin. 8, 39. Est et aliud genus minus vulgare, adhærente operculo ejusdem testæ se operiens. Obrutæ terræ semper hæ, et circa maritimas tantum Alpes quondam effossæ. [* Πωμάτιον, Gl. Operculum. * Ἐπίπωμα, unde * " Ἐπιπωματικός, Obturendi vim habens, de oleo quo loti utebantur, Schol. Aristoph. Πλ. 616." Kall. Mss.]

[* Πωματίζω, Lobeck. Phryn. 671. * Ἐκπωματίζω, Nicet. Anal. 7, 2.] Ἐπιπωματίζω, Operculo obstruo et obturo, Operculo, Synes. Ep. 15. Ἐπιπωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, Ipsum operculat, sc. τὸν σωλῆνα, s. αὐλὸν τοῦ ὑδροσκοπίου. Et ἐπιπωματίζειν τὸ πῦρ, ap. Alex. Aphr. veluti cum præfurnio τοῦ πνιγέως operculum obditur. Cui simile genus loquendi vide in Πνῖγος, ubi Aristot. dicit παραπωμάζειν. Verba ejus sunt, Τὸ πῦρ ἐπιπωματιζόμενον σβέννυται. [Stob. Ecl. Phys. 203. Theophr. Fr. 3, 49. 59.] Περιπωματίζω, Operculo circumcirca obturo, i. e. Bene operculo, i. q. περιπωμάζω. Unde ap. Aristot. (Probl. 25, 17.) vas περιπωματιζόμενον.

ΠΩΡΟΣ, Luctus, πένθος, ut Schol. Soph. et Aristoph. (Πλ. 33.) exp. in hoc versu Antimachi, Πῶρός τοι ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος. Idem versus ap. Suid. sic legitur Πῶρόν τοι ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔθεντο, ubi ipse dicit esse πάθος τι. Simile Il. P. (37.) Ἄρρητον δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκας. Citatur et a Schol. Eur. (Or. 392.) ap. quem tamen non πῶρος scribitur, SED Πώρη, ubi etiam ait, ταλαίπωρος, παρὰ τὴν πώρην, ὃ δηλοῖ πένθος. || Hesychio ὁ ταλαίπωρος. ["T. H. ad Plutum p. 22." Schæf. Mss.]

Ταλαίπωρος, Ærumnosus, Calamitosus, Miser, Aristoph. Πλ. (33.) Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου βίον, Schol. τοῦ τλητικοῦ: παρὰ τὸ τλῆναι τὸν πῶρον: ut ταλαίπωρος sit Qui calamitatum luctuosarum oneribus premitur assidue. Sic Soph. (Œd. C. 14.) Πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπου, Calamitose pater Œdipe; nam regno exutus, oculisque item orbatus, vagabatur huc illuc. Aliquando est σχετλιαστικόν, ut Dem. pro Cor. Τί οὖν, ταλαίπωρε, συκοφαντεῖς; Τὸ ταλαίπωρον pro Constanti laboris tolerantia affertur ex Aristoph. (N. 414.) Quod si verum est, ταλαίπωρος accipi etiam possit pro Eo qui fortiter luctum luctuosasque ærumnas et calamitates perfert: et idem fuerit cum eo, qui appellatur ab Hom. ταλαπενθής. ["Ad Dionys. H. 2, 718. Markl. Iph. p. 123." Schæf. Mss. * Ταλαιπωροποιός, Dorotheus Doctr. 7. Ἡ ἁμαρτία ταλαιπωροποιός ἐστι.]

" Ἀταλαίπωρος, Qui non est ταλαίπωρος, Carens " laboribus et ærumnis, Laborum molestiarumque " expers: ut Ælian. ap. Suid. dicit Ἀταλαιπώρῳ τῆς " ἀληθείας ἀκοῇ, ubi et ipse Suid. ἀταλαίπωρον esse " dicit ἄπονον, εὐχερές, item et τὸ ἑξ ἑτοίμου λεγόμε- " νον: Etym. præterea, ῥάθυμον, ὀλίγωρον: quoniam " sc. τὸ κακοπαθεῖν significat etiam ἐνεργεῖν. Itidem " certe ADV. Ἀταλαιπώρως Suid. exp. ῥαθύμως, ὀλι- " γώρως, Segniter, Negligenter, Incuriose: afferens " ex Aristoph. Danaidibus, Οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως " ἡ ποίησις διέκειτο. Itidemque Hes. ἀταλαιπώρως " affert pro ἄνευ κόπου, ἀκοπιάστως. Utplurimum " sane negligenter et incuriose fiunt, quæ fiunt sine " labore et ullo studio; diligenter autem et accurate, " quæ multo cum labore. Sed et Thuc. Schol. 1,

" (20.) ἀταλαίπωρος exp. ἀνεξέταστος, hoc in l., p. 8. " Οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀλη- " θείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται, Adeo " parvo cum labore inquiritur veritas." [Dionys. H. 234, 35. 550, 41. Joseph. 125. Hippocr. 289, 5. * " Συνταλαίπωρος, Clem. Epist. de Gest. Petri. §. 86." Kall. Mss.]

Ταλαιπώρως, Ærumnose, Misere, Laboriose, Thuc. 3, (4.) Εἰς τὴν Λακεδαίμονα ταλαιπώρως διὰ τοῦ πελάγους κομισθέντες. [Magno cum labore, Ægre, Aristoph. Ἐκκλ. 54.]

Ταλαιπωρία, ἡ, Miseria, Ærumna, Labor et molestia, Fatigatio, μόχθος, πόνος, Thuc. 2, (49.) Μετὰ ταλαιπωρίας μεγάλης, Magno cum labore, 7, (84.) p. 262. Ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας, [" Ad Herod. 443. (4, 134.)" Schæf. Mss.]

Ταλαιπωρέω, Miser sum, Misere vivo, mecum agitur, Male mecum agitur, Res meæ afflictæ sunt, Thuc. 5, (73.) p. 189. Καὶ μάλιστ' ἂν τοῦ στρατεύματος ἐταλαιπώρησαν, εἰ μὴ οἱ ἱππῆς παρόντες αὐτοῖς ὠφέλιμοι ἦσαν: (74.) Οἱ μὲν ξύμμαχοι οὐκ ἐταλαιπώρησαν, Schol. οὐ κακῶς ἔσχον ἐν τῷ πολέμῳ. Ibid. πονεῖν affinem signif. habet. Et 2, (101.) Ἡ στρατιὰ σῖτόν τε οὐκ εἶχεν καὶ ὑπὸ χειμῶνος ἐταλαιπώρει, Male habebat ex hyemis asperitate, etiam Vexabatur. Greg. Naz. Ὑπαιθρίοις κρυμοῖς καὶ ὄμβροις ταλαιπωρεῖν. Pass. Ταλαιπωροῦμαι eand. signif. habet, Aristoph. Σφ. (967.) ἐλέει ταλαιπωρουμένους, Miserare ærumnosos et afflictos, Thuc. 7, (82.) p. 262. Ἐώρων ἤδη τεταλαιπωρημένους τοῖς τε τραύμασι καὶ τῇ ἄλλῃ κακώσει, Male affectos, se habentes. Item Laboro, Labores et ærumnas perfero, Thuc. 1, (99.) Οὐκ εἰωθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν, Laboribus ullis perfungi. Idem, Ταλαιπωροῦσι σφίσιν αὐτοῖς, Sibi laborant. Sic et pass. ταλαιπωροῦμαι usurpatur, Aristoph. Σφ. (1116.) loquens de fucis, οἳ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου Τὸν γόνον κατεσθίουσιν, οὗ ταλαιπωρούμενοι, Non laborantes: unde et Hesiod. (Ἔργ. 1, 303.) de eis cecinit, Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ Ἔσθοντες, Virg. Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. Quibus addere possumus Isocr. ad Nic. Ὑμῖν δ' ἔξεστι μηδὲν ταλαιπωρηθεῖσιν ἅπαντα ταῦτα διαπράξασθαι, Sine ullis laboribus et molestiis. Item ταλαιπωρηθεὶς affertur pro Fessus. || Transitive quoque usurpatur ταλαιπωρέω pro Miserum reddo, In miserias et ærumnas conjicio, Ad miserias et ærumnas redigo, Calamitatibus afficio, Isocr. Symm. (9.) Ὁ πόλεμος πάντα τρόπον τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς, Nos afflixit, vel etiam Fatigavit. [" Thom. M. 832. 858. Musgr. Suppl. 765. Brunck. Aristoph. 1, 150. Marcell. de V. Thuc. p. 2. Heyn. Hom. 5, 492. Ind. Xen. Mem." Schæf. Mss. Arrian. Epict. 1, 26. Plut. Bruto 37. Τὸ σῶμα ταλαιπωρούμενον.] Ταλαιπώρημα, τὸ, Calamitas, Miseria, i. q. ταλαιπωρία, Phalar. [* Ταλαιπωρητὸς, unde] * Ἀταλαίπωρητος, Schol. Aristoph. Θ. 1031. * Ἀταλαιπωρήτως, Hesych. 105, 2.] Διαταλαιπωρέω, Ærumnis et laboribus usque premor, Labores et ærumnas perfero. Συνδιαταλαιπωρέω, Simul ærumnas et labores perfero, laboro et in ærumna sum, i. q. συνταλαιπωρέω, [Plato Crit. c. 5. * " Ἐνταλαιπωρέομαι, Laboro in, Misere vivo in, Chrys. ad Olymp. 3. T. 7. p. 79, 8. Οὐκ ἐβούλετο ταῖς ἀλύσεσιν ἐνταλαιπωρεῖσθαι ἐκείναις." Seager. Mss. " Theod. Prodr. in Notit. Mss. 6, 540." Boiss. Mss.] Ἐπιταλαιπωρέω, Insuper labores et molestias perfero, Thuc. 1, (123.) p. 39. Περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων τοῖς παροῦσι βοηθοῦντας χρὴ ἐπιταλαιπωρεῖν: quæ Schol. sic exp. ὑπὲρ δὲ τῶν μελλόντων δεῖ τοῖς παροῦσι πράγμασι βοηθοῦντας προσθεῖναι τοῖς πόνοις. Alioquin ἐπιταλαιπωρεῖν significat etiam Labores et molestias subire aliquam ob rem. Exp. etiam Sum miser, ut ταλαιπωρέω. * Προταλαιπωρέω, Schol. Aristoph. Λ. 1220. * " Προσταλαιπωρέω, Schol. Theocr. Hypoth. Id. 2. Orig. c. Cels. 220. Schol. Eur. Or. 688." Kall. Mss. " Basil. Schol. in Greg. Naz. Stel. 1. p. 68. Ed. Montac." Boiss. Mss. Aristoph. Λ. 767. 1220. 1222. Plut. Arato 27. Thuc. 2, 53. J. Poll. 648. Chrys. 4, 213. Aristid. 1, 619. Synes. 37. 41.]

Συνταλαιπωρέω, Una miser sum, Una in miseriis et ærumnis versor, Phalar. [Soph. Œd. C. 1136. * Ταλαιπωρίζω, Symm. Esai. 21, 2. 33, 1.]

Πωρέω, Lugeo, πενθῶ. Vocab. Eleis usitatum, teste Schol. Soph. (Œd. C. 14.) et Suida. Hes. quoque πωρεῖν exp. πενθεῖν, κηδεύειν: Idem tamen πωρῆσαι exp. etiam λυπῆσαι: ita ut neutraliter ponatur et transitive, sicut ταλαιπωρεῖν.

Πωρητὺς, Luctus, Miseria, Calamitas, ταλαιπωρία, πένθος, Hes. [" Valck. ad Herod. 42. T. H. ad Plutum p. 22." Schæf. Mss. Schol. Eur. Or. 392.]

ΠΩΡΟΣ, ὁ, Callus, Corpus durum, siccum et album, ossa fracta conjungens. Nam quoniam ossis fracti partes inter se coalescere nequeunt propter siccitatem, natura eas callo circa oras fracturæ concrescente, quasi vinculo quodam colligat, ut inter alia tradit Gorr. Vide etiam Πωρόω et Ἀσυμπώρωτος. [" M. Anton. 9, 36." Wakef. Mss.] || Πῶρος, inquit Gorr., dicitur etiam Substantia quædam crassa, lenta, dura, quæ aliqua in parte præter naturam concrevit in modum calli, ut sæpe fit in articulis, et aliquando in pulmone: qui ab ossium callo differt, quod hic naturæ opus sit, et quodammodo secundum naturam sit, cum aliter pars restitui non possit; ille vero morbus sit; quem aliqui suo nomine πώρωσιν vocarunt, quippe qui præter naturam habeat tum causam, tum generationem. Nascuntur hujusmodi calli et in oculis, et in fistulis, aliisque ulceribus, atque etiam in cute; tollique medicamentis debent. Vide et Paul. Ægin. 3, 78. ubi de podagra et articulariis morbis. Auctor Defin. Med. Πῶρός ἐστιν οὐσία λιθώδης καὶ ἀπόκροτος, ubi Interpres, Tophus est substantia callosa et renitens. Aristot. H. A. 3, 19. Σηπόμενον δὲ γίνεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι πύον, ἐκ δὲ πύου πῶρος, ubi Gaza quoque interpr. Tophus: quemadmodum et Ruell. ap. Diosc. 5, 108. de ochra, Πώρους θρύπτει, vertit, Articulorum tophos comminuit. Marcellus autem sic, Quas Græci πώρους dicunt Concretas circa ossa lapidosas duritias, frangit. Idem Diosc. alibi, Λύει τοὺς περὶ τὰ ἄρθρα πώρους. Rursum Gaza ap. Alex. Aphr. Πῶροι ποδαγρῶν vertit Durities lapidosa in podagris. Suidæ πῶρος est * ἀπολίθωσις. Videtur igitur præcedeus πῶρος ossium et articulorum per metaph. dictus a Poro lapide, de quo Plin. 36, 17. Pario similis candore et duritia, minus tamen ponderosus, qui Porus vocatur. Herod. (5, 62.) πώρινον λίθον appellat. Meminit et Hes. in Πώρινος. || Πῶρος, Nomen proprium Regis, cujus frequens mentio ap. Plut. item et Plin. [" Ad Diod. S. 2, 328. ad Paus. 398. (5, 10.) Tophus, Valck. Anim. ad Ammon. 69." Schæf. Mss. Scribitur etiam * Πόρος, Theophr. de Lapid. 7. Πόρος ὁ λίθος, ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πόρου: J. Poll. 7, 123. ubi et * πόρινος λίθος, ut ap. Geop. 7, 12, 10. Λίθον τὸν καλούμενον Πόρινον, ubi vide notata. Item Aristot. Meteor. 4, 10. Οἱ πόροι οἱ ἐν τοῖς σπηλαίοις. Vide Schn. Lex.]

Πωροκήλη, Ramex callosus, s. Tophus, in testiculo aut in membrana erythroide concrescens, multum renitens, durus et inæqualis. Quibus notis ab hydrocele et sarcocele distinguitur, ut scribit Paulus Ægin. 6, 63. Gorr. Πωροκήλη Polluci, (4, 203.) est πώρωμα περὶ τὸ ὄσχεον ἐξ ἀποστήματος. [* Πωρολύτης, unde * Πωρολυτικὸς, Paul. Ægin. 6, 109. * Πωροποιὸς, unde * Πωροποιΐα, ἡ, τῶν πόρων, Cass. Probl. 79. Junius interpr. Obstructio. Schneid. suspectum habet. Cf. Πορο ποιΐα.]

Πωρόμφαλον, Tophi concretio in umbilico. Gorr. [A Schneidero non agnoscitur.]

Πώρινος, E poro factus, Porinus. Item πώρινος λίθος pro πῶρος. Herod. 5, (62.) de templo Delphico, Συγκειμένου σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. || Hes. πώρινος generaliter exp. λίθινος. Attamen Πῶρος, inquit, οὐ πᾶς λίθος. [" Herodian. Epimer. 113." Boiss. Mss. Paus. 6, 19. " ad p. 398. Valck. Anim. ad Ammon. 169. Aristoph. Fr. 268." Schæf. Mss. Scribitur et

* Πόρινος, vide Πῶρος. * Πώρειος s. Πώριος, Strabo 17, p. 568. Sieb. λίθος, vide Casaub. et Cor.] AT Πωριαῖος affertur pro Callosus, Asper, [Schneidero susp. * Πωρώδης, Hes. v. * Σπῖδος.]

Πωρόω, In porum converto, In lapidosam duritiem et tophum commuto, Durum reddo in modum pori s. tophi. Suid. exp. σκληρύνω καὶ * λιθοποιῶ, subjungens hunc e Piside locum, τὰς ἰκμάδας Πωροῦντα καὶ σφίγγοντα λιθώδει τρόπῳ. Apud LXX. Deus reproborum corda πωροῖ, i. e. Indurat et velut in saxeam naturam convertit, ne ullis vel monitis vel pœnis commoveantur. Esai. 6. Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτοὺς, Obduravit corda eorum, ἐσκλήρυνεν: ut dicit Paul. in Epist. ad Rom. 9, (18.) Ὃν θέλει, ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει. Itidem pass. voce et significatione, Rom. 11, (7.) Ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν, Electi assecuti sunt, reliqui occalluerunt, Indurati sunt. 2 Cor. 3, (14.) Ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν, Occalluerunt mentes ipsorum. At Marc. 6, (52.) Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις, ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη, maluit doct. Interpres vertere Stupidum erat cor. Erasmus cum vulg. vertit Obcæcatum erat: ut sit a πωρὸς Cæcus, de quo paulo infra. Item πωρόω ap. Medicos, Solido et ferrumino obducto callo, Diosc. 1, 112. de ulmo, Κάταγμα πωροῖ, ubi Ruell. Fracta ossa solidat, Marcell. Ossa fracta solidat, succedente ossea cicatrice, quam πῶρον dicunt. Et alibi, πῶροι, ἀπώρωτα ὀστέα. Et pass. voce ac significatione πωροῦσθαι in ossibus dicitur quod in aliis συμφύεσθαι, i. e. Confervere et consolidari, ut Celsus loquitur, s. Solidari et coire obducto callo. Vide Ἀσυμπώρωτος. [" Wakef. S. Cr. 4, 203." Schæf. Mss. Nymphis Athenæi 549. Σαρκὸς ἐκ τοῦ στέατος πεπωρωμένης, Ælian. V. H. 9, 13. Διὰ τῆς πεπωρωμένης σαρκός.]

Πώρωμα, τὸ, Callosa durities, Collectio quæ in callum concrevit: cujus signif. exemplum habes in Πωροκήλη. Itidem legunt quidam in Hippiatria, Εἴωθε ἵππῳ ὑποζυγίοις πωρώματα γίνεσθαι, καὶ μάλιστα τοῖς νωταγωγοῖς, exponuntque οἰδήματα ἀποστρακούμενα, ἕλκῶρα ἢ φύσημα ἔχοντα. Sed vulg. Edd. ibi HABENT πυρώματα.

Πώρωσις, Concretio quæ in callum fit, Cum ossa callo solidantur, Consolidatio et ferruminatio ossium fractorum, Gal. Ἐν ταῖς τῶν καταγμάτων πωρώσεσι. Vide Ἀσυμπώρωτος. Item πώρωσις καρδίας in sacris literis, Cum cor occalluit, Cum animus alicujus plane contra monita obduruit, Marc. 3, (5.) Συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, Condolescens quod occalluisset cor eorum: ut supra itidem πωροῦσθαι habuimus pro Occallescere s. Callum obducere: sumta metaph. a callo et duritie in articulis, qui πῶρος nominatur. Erasmus cum vulg. vertit, Super cæcitate cordis eorum, a πωρὸς significante Cæcus, de quo paulo infra. Similiter in Ep. ad Ephes. 4, (18.) Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν, Propter ignorantiam quæ est in ipsis, ex obduratione cordis eorum. Ambrosius πώρωσιν ibi interpr. Duritiem. Rom. 11, (25.) Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν τὸ μυστήριον τοῦτο, ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, Obdurationem istam quæ est e parte, Israëli evenisse, tantisperdum plenitudo gentium introierit. ‖ Apud Plut. autem in Quæst. Rom. Τὸ ἕλκος ἔοικε πώρωσίς τις εἶναι καὶ μασμὸς σώματος, existimatur pro πώρωσις reponendum πήρωσις: ideoque sic locus ille exp., Ulcus videtur esse mutilatio quædam labesque corporis. [" Wakef. S. Cr. 4, 203. ad Timæi Lex. 249." Schæf. Mss.]

[* Πωρωτὸς, unde] Ἀπώρωτος, ὁ, ἡ, ut ἀπώρωτα ὀστέα, Ossa quæ non coierunt, callum obduxerunt, conferbuerunt: Cels. Si ossa conferbuerint, pro Consolidata fuerint. Diosc. Ἀπώρωτα ὀστέα πωροῖ, ubi quidam, Ossa fracta et non coeuntia ferruminat. Marc. autem sic, Durat in os, quæ non durantur. [Diosc. 1, 89. * Ἀπωρωσία, Paul. Ægin. 6, 110.]

[* Διαπωρόω, Hippocr. 866.]

Ἐπιπωρόω, Insuper induro, Præterea induro, Ultra et magis induro, [Hippocr. 383. * Ἐπιπώρωμα, 92. 802.] Ἐπιπώρωσις tamen exp. non solum Obstinatio, sed etiam Cæcitas: a πωρὸς significante Cæcus. [Hippocr. 817.]

Συμπωρόω, In tophum s. callum cogo. Et pass. συμπωροῦσθαι, Concrescere s. Coalescere in tophum aut callosam duritiem. Ossa autem cum συμπωροῦσθαι dicuntur, e Celso reddere possumus Confervescere; nam ap. eum, Si ossa conferbuerint, Bud. exp. Consolidata fuerint. [" Hippocr. 539." Wakef. Mss. * Συμπώρωτος, unde] Ἀσυμπώρωτος, ap. Diosc. 1. Qui non conferbuit et consolidatus est. Alii, Qui callo interposito consolidatus et ferruminatus non est: ut ap. Paul. Ægin. Ἀσυμπώρωτα κατάγματα. Sic Diosc. 1. de ulmo, Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῶν φύλλων καταντλούμενον, κάταγμα τάχιον πωροῖ, Fracta ossa citius solidantur, si ejus decocto foveantur. Et Gal. Οὔτε γὰρ τὰ κατάγματα διὰ συμφύσεως, ἀλλὰ διὰ πώρου, τὴν κόλλησιν ἔχει.

[* Ὑπερπωρόω, unde] "Ὑπερπώρωσις. Ut ὑπερσάρκωσις vel ὑπερσάρκωμα est Excrescentis carnis " vitium: ita Cum id in ossibus evenit post fracturam " sanatam, dicitur ὑπερπώρωσις. Ita VV. LL. e Paulo " Ægin." [" Cocchii Chirurg. p. 23." Kall. Mss.]

AT VERO Πωρὸς, Suidæ ὁ τυφλὸς, Cæcus. UNDE Πωρόω, Obcæco, Excæco: quo modo vetus Interpres, et Erasmus eum secutus, ap. Evangelistas et Paulum ἐπώρωσεν verterunt Excæcavit: et ἐπωρώθησαν, Excæcati sunt. Sed alii malunt, Induravit s. Obduravit, et Indurati sunt s. Occalluerunt: a πῶρος deducendo: in qua sententia Ambrosius quoque est, et Cyrillus, quippe e quo πωρῶσαι τὴν καρδίαν Bud. interpr. Obdurare. ITIDEM Πώρωσίς eidem Suidæ est ἡ τύφλωσις, Excæcatio, Cæcitas: ut vetus quoque Interpres et Erasmus in N. T. passim verterunt. [Vide Schleusn. Lex. N. T.]

ΠΩΣ, Interrog. adv. Quomodo? Quo pacto? Qui? Qua via? Qua ratione? Od. A. 65. Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; Γ. 22. Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἂρ προσπτύξομαι αὐτόν; Il. A. (837.) Πῶς τ' ἄρ' ἔοι τάδε ἔργα; τί ῥέξομεν, Εὐρύπυλ' ἥρως; Apud Lucian. (1, 137.) interrogatur Plutus, Ὁπόταν δ' οὖν αὐτόπους βαδίζῃς, πῶς, οὕτω τυφλὸς ὢν, εὑρίσκεις τὴν ὁδόν; ἢ πῶς διαγινώσκεις ἐφ' οὓς ἄν σε ὁ Ζεὺς ἀποστείλῃ, κρίνας εἶναι τοῦ πλουτεῖν ἀξίους; Aliquanto post, Εἶτα πῶς, ἐπειδὰν καταλίπῃς αὐτοὺς, ῥᾳδίως φεύγεις, οὐκ εἰδὼς τὴν ὁδόν; Non multo post, cum dixisset ipse Plutus, Οἴει γὰρ τοιουτον οἷός εἰμι ὁρᾶσθαι αὐτοῖς, χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ ὅσα ἄλλα μοι πρόσεστι; interrogatur, Ἀλλὰ πῶς, ὦ Πλοῦτε, εἰ μὴ τυφλοὶ καὶ αὐτοὶ πάντες εἰσί; Apud Eund. frequens est πῶς τοῦτο φῄς; et πῶς τοῦτο λέγεις; Sic autem πῶς λέγομεν, ex Aristot. infra, ubi de πῶς posito in interrogatione non directa. Interdum vero sententiam claudit, Greg. Naz. Ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; et, Γενήσεται δὲ πῶς; Sed præfigitur aliquando huic adverbio particula καὶ, non vacans, (ut Bud. tradit, qui etiam VERTIT Καὶ πῶς, Quonam modo?) sed potius affectum quendam indicans, meo quidem judicio: Dem. Ἀλλ' ὁρᾷς, ταυτὰ γὰρ συμφέροντα εἰλόμην τουτοισὶ, καὶ οὐδὲν ἴδιον πεποίημαι· ἆρ' οὖν οὐδὲ σύ; καὶ πῶς; Sed frequentius particulam quampiam sibi subjunctam habet. Ac primum quidem particula potentialis ἂν huic adverbio πῶς subjungitur; nam DICITUR Πῶς ἂν, ut in Xen. Ἱερ. (1, 9.) Εἰ γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχει, πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν, πῶς δὲ πάντες ἐζήλουν ἂν τοὺς τυράννους; Cum tamen jungo PARTIC. ἂν cum πῶς, id magis e Budæi quam mea sententia facio. Is enim ostendere volens πῶς jungi cum ἂν, exemplum illud affert. At ego particulam hanc nequaquam vel huic vel alii particulæ, sed suo semper verbo jungi dixerim. Legitur ETIAM Πῶς ποτε; Quonam tandem modo? Curnam? cum alibi, tum ap. Plut. in Plat. Quæst. non semel. PRÆTEREA Πῶς δή; ITEM Πῶς δὴ τοῦτο; Plato cum aliis plerisque locis, tum de Rep. 2. Πῶς δή; ἔφη· οὐ γὰρ ἐννοῶ. Et, Πῶς δὴ τοῦτο; Qui fieri istud potest? Gallice ad verbum, Comment cela? pro Comment cela se peut-il faire?

Non raro occurrit ET Πῶς γάρ; Dem. (329.) Οὐκ ἀπορῶν· πῶς γάρ; ὅσγε κεκληρονόμηκας τῶν Φίλωνος χρημάτων; Qui fieri potest? quippe qui, etc. Synes. Πῶς γάρ; ὃν οὔτ' εἶδον, οὔτε περὶ αὐτοῦ τι σαφὲς ἀπηγγέλλετο. Interdum ETIAM Πῶς γὰρ ἄν; ubi observandum, post PARTIC. Ἄν relinqui subaudiendum commodum aliquod verbum. Lysias 88(=29.) Οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἐστίαν καταφυγὼν, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι πληγεὶς, πως γὰρ ἄν; ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ· κατέπεσεν εὐθὺς, κ. τ. λ. Quomodo enim id fieri posset? Aut etiam omissa particula Enim. At de Πῶς γὰρ οὐ dicam paulo post. Item sequente verbo δοκεῖς, aut verbo οἴει: ut videbis supra, T. 2. col. 1259. et ap. Bud. 1100. At vero sequente οὐ, s. οὐκ: ut Marc. 4, (40.) Τι δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; Ad verbum, Quomodo non habetis fidem? Qui fit ut non habeatis fidem? Quid causæ est cur fidem non habeatis? Quidam vero, e quibus fuit Valla, ut opinor, interpretandum censuerunt, Siccine fidem non habetis? Alium certe passim usum habet πῶς οὐ, de quo ita scribit Bud. Comm. 1099. Πῶς οὐ in responsionibus assensionem significat, ut τί μήν. Verum Græci per hanc particulam quibusdam interrogationibus utuntur, quæ non perinde Latinis usitatæ sunt, Dem. pro Cor. Πως οὐκ ἀδικεῖς, καὶ δεινὰ ποιεῖς, τούτοις νῦν ἐγκαλῶν ὧν τότε οὐκ εἶχες εἰπεῖν βελτίω; Nonne tu improbus es? Idem, Πῶς οὐκ αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. At cum interjecta particula γὰρ dicitur πῶς γὰρ οὐ, s. οὐκ, tunc redditur Quidni? In h. autem Dem. l. (p. 325.) Τὸν δὲ τειχισμὸν τοῦτον ὃν σύ μου διέσυρες, καὶ τὴν ταφρείαν, ἄξια μὲν χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω· πῶς γὰρ οὔ; πόρρω μέν τοί που τῶν ἐμαυτῷ πεπολιτευμένων τίθεμαι, exp. πῶς γὰρ οὔ; Quis enim inficias ire potest? Hujusmodi autem in locis parenthesi lubenter incluserim hæc verba, πῶς γὰρ οὔ; ac certe id me in quibusdam Edd. mearum locis factitare memini.

Πῶς præcedente verbo ἐρωτῶ, aut alio hujusmodi, in interrogatione non directa, ut Xen. Ἐρωτῶσι πῶς δεῖ ποιεῖν κ. τ. λ. Greg. Naz. Ἔπειτα πῶς ἡ νὺξ, καὶ ὅτου δέοιτο, τὰ συνήθη ταῦτα ἐπυνθανόμην. Aristot. Eth. 2, 4. initio, Ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς λέγομεν ὅτι δεῖ κ. τ. λ., ubi etiam observa, Quomodo dicamus, pro Quamobrem dicamus, Quorsum dicamus. Aut etiam, Quid sibi velit quod dicimus. Et præcedente verbo λέγω, aliove hujus generis, aut λέγεται, Plut. de Pyth. Orac. Ὅπου δὲ οὐ μόνον λέγεται τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ πῶς, καὶ πότε κ. τ. λ.

Πῶς in admiratione pro Quam, ut πῶς δυσχερῶς, Quam graviter: quod affertur e Dem. Sic πῶς δυσκόλως, Marc. 10, (23.) Quam difficile. Itidem vero Matth. (21, 20.) Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ, verto πῶς, Quam, potius quam Quomodo, ut alii; nec enim negare quisquam potest quin sit admirative posita hæc particula, cum præcedat, Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν. Verto igitur, Quam repente exaruit ficus!

AT VERO Πως extra omnem interrogationis significationem, encliticum, Quodammodo, Aliquo modo, Aliquautum, Il. M. (211.) Ἕκτορ, ἀεὶ μέν πώς μοι ἐπιπλήσσεις ἀγορῇσιν Ἐσθλὰ φραζομένῳ, Thuc. 3, (20.) Ἔπειτα οἱ μὲν ἡμίσεις ἀπώκνησάν πως, τὸν κίνδυνον μέγαν ἡγησάμενοι, Xen. K. Π. 4, (5, 10.) Ἀλλὰ μὴν μέμψεώς γέ πως ἔσμεν ἄξιοι, εὖ τε ποιοῦντες κ. τ. λ. Bud. πως ἐγκλινόμενον accipi tradit pro Quodammodo, item pro Aliquantulum, et hoc exemplum affert ex Aristot. Eth. 7, (8.) Ἔστι δὲ ὁ ἀκόλαστος οὐ μεταμελητικός· ἐμμένει γὰρ τῇ προαιρέσει· ὁ δ' ἀκρατὴς, μεταμελητικός πως. In VV. LL. affertur et pro Propemodum: Ἀντίπαλα γάρ πως ἦν. Item pro Utcunque. Quibusdam vero particulis subjuncta redditur Forte: UT εἴ πως, Si forte. Alicubi tamen et pro Si quo pacto, Si qua ratione. SIC Ἤν πως, Aristoph. Σφ. (399.) καὶ ταῖσιν φυλλάσι παῖε, Ἤν πως πρύμναν ἀνακρούσηται. ITIDEM Μή πως, Ne forte. Frequens est autem cum subj., 2. ad Cor. 2, (7.) Μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Apud Eund. aliquoties præcedente verbo φοβοῦμαι, ubi redditur etiam simpliciter Ne: a quibusdam et Nequo modo: sicut in l. quem modo protuli. (Interdum vero μή πως cum subjunctivo ponitur ἐλλειπτικῶς, relinquiturque subaudiendum ante ipsum, δέδοικα, vel aliud hujusmodi verbum: nonnunquam et ὅρα aut tale quodpiam.) Sed invenitur junctum μή πως optativo quoque. Quinetiam indicativo, et quidem ap. Hom. etiam: Il. Υ. (301.) Ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς πέρ μιν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγωμεν, Μή πως καὶ Κρονίδῃς κεχολώσεται, αἴκεν κ. τ. λ. Hujus certe exemplo Apollonius junxit et ipse indicativo. Verum sciendum est inveniri etiam conjunctim SCRIPTUM Μήπως: SIC Εἴπως. Sæpe autem vacat, ut etiam videri potest vacare in illo Hom. l. quem modo protuli. Post adverbia certe plerumque otiosa esse censetur hæc particula, ut ἀκριβῶς πως, Dem. Sic οὕτω πως. "Εἴπως, s. Εἴ πως, Si quo modo, Si forte, Od. Ξ. "(460.) Εἴπως οἱ ἐκδὺς χλαῖναν πόροι, Plato, Εἴ πως "εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς, Si forte." "Οὔπως, s. Οὔ πως, Nequaquam."

Interdum tamen SCRIBITUR Πῶς cum circumflexo, etiam ubi nullam interrogationis signif. habet. Veluti cum ponitur pro Certo modo, Certo quodam modo, Aristot. Eth. 2, 5. Οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος, οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος· οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς: 5, (9.) Ἀλλ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δίκαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· ἀλλὰ πῶς πραττόμενα καὶ πῶς νεμόμενα, δίκαια. Paulo post autem eund. omnino usum habet ADV. ὡδί: ubi dicit, Ἀλλὰ τὸ δειλαίνειν καὶ τὸ ἀδικεῖν, οὐ τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐστὶ, πλὴν κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ τὸ ὧδὶ ἔχοντα ταῦτα ποιεῖν ἐστίν: quinetiam in proxime sequente membro sic utitur hoc eodem adverbio, exemplo confirmans quod dixit: Ὥσπερ τὸ ἰατρεύειν καὶ τὸ ὑγιάζειν, οὐ τὸ τέμνειν ἢ μὴ τέμνειν, ἢ φαρμακεύειν ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ὧδί. Apud Eund. 2, 4. dicitur aliqua res ἔχειν πως, et aliquis etiam ἔχειν πως: ita enim scribit, Τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γιγνόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς· ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γιγνόμενα, οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων, πῶς ἔχων πράττῃ. Ubi πῶς ἔχοντα quidam interpr. Certo quodam modo conformata: et ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, Si ea cujusdam modi sint: at πῶς ἔχων, Certo quodam modo conformatus. Sed et in aliis hujus Philosophi ll., et quidem in hoc ipso etiam opere, hunc particulæ istius usum habemus: 6. Οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα, ὥστ' εἶναι ἀγαθόν· λέγω δ' οἷον κατὰ προαίρεσιν, καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραττομένων. Sic a Bud. hoc adverbium exp. Certo quodam modo, in isto Aristidis loco in Panathenaico, ubi enclitice scribitur, Δοκῶν γε δή πως εἰς Ἕλληνας τελεῖν. Addit vero opponi τῷ ἁπλῶς et ἀπεριορίστως a Dionys. Areop., p. 182. Sic certe in sophismate quodam, quod commemoratur a Plut. Antonio, et quidem tanquam ab ipso Antonio propositum cuidam medico: Τῷ πῶς πυρέττοντι δοτέον ψυχρόν· πᾶς δὲ ὁ πυρέττων, πῶς πυρέττει· παντὶ ἄρα πυρέττοντι δοτέον ψυχρόν: Ei, qui certo quodam modo febricitat, danda est frigida; omnis autem qui febricitat, certo quodam modo febricitat: omni igitur febricitanti danda est frigida. Scio tamen πῶς hic reddi Quodammodo; sed malo Certo quodammodo. Ceterum ut revertar ad illud Aristotelis πῶς ἔχειν, observanda est distinctio inter πῶς ἔχοντα et ὅπως ἔχοντα, (7, 744.) Ἔστι τοίνυν τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ὅπως ἔχοντα, τὰ δὲ πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς. Quibus subjungit, ὅπως ἔχοντα esse terram, cœlum, astra, mare: at πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς, esse bonum, malum: optandum, fugiendum: jucundum, molestum. Quibus addit, Ἀμφοῖν δὲ τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος, τὸ μὲν περὶ τὰ ὅπως ἔχοντα μόνον, ἐπιστημονικὸν καὶ θεωρητικόν ἐστι· τὸ δ' ἐν τοῖς πῶς ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, βουλευτικὸν καὶ πρακτικόν· ἀρετὴ δὲ τούτου μὲν, ἡ φρόνησις· ἐκείνου δὲ, ἡ σοφία. Sed Interpres pro ὅπως legisse videtur ἁπλῶς: quippe qui ita reddat superiora illa verba, Rerum omnium alia absolute quodammodo se habent, ut terra etc. alia erga nos modo quodam affecta sunt, ut bonum etc. Opponi autem ἁπλῶς interdum huic πῶς, dictum antea fuit.

At vero πῶς μὲν et πῶς δὲ pro πῇ μὲν et πῇ δὲ, inquit Bud., quod Latine Partim quidem et Partim

autem dicitur, Themist. de Anima, 3. Πῶς μὲν οὖν διῃρημένη αὕτη ἡ δύναμις των διῃρημένων αἰσθάνεται; πῶς δὲ ἀδιαίρετος, τῶν διῃρημένων; Alia præterea exempla ex Eod. petita ap. illum vide, 1100. Quibus subjungit, sic dici πῶς μὲν et πῶς δὲ, ut ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ: item ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ, pro Nunc et nunc, Tum et tum. || Dixerat porro antea Idem, interdum hanc vocem πῶς poni ἐμφατικῶς, et signif. habere τοῦ κατὰ πολὺ, et quasi admirabunde proferri, Aristoph. Πλ. (245.) Μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε. Ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεὶ, At ego mire hoc ingenio præditus sum. Cui l. subjungit hunc ejusd. Aristoph. in quo habetur πῶς δοκεῖς; et huic quendam Synesii, dicentis itidem, πῶς οἴει; Sed nihil commune videntur habere duo isti posteriores loci cum illo: utpote in quo particula πῶς non sit itidem interrogativa, sed potius admirativa, i. e. admirationem indicans: si quidem Scholiastæ credimus, scribenti, Τὸ πῶς θαυμαστικόν ἐστι· θαυμάζει γὰρ αὐτὸν ὡς ἀεί ποτε σύμμετρον ὄντα. Sic autem antea ostendi admirationi servire πῶς junctum adverbio ap. Marc. Mihi tamen quædam suboritur suspicio, esse potius πῶς illo iu l. id quod Latini dicunt, Nescio quomodo: ut cum ita loquuntur, Hi mores mihi nescio quomodo placent summopere, Hac vita nescio quomodo mire delector.

Quod autem ad scripturam attinet hujus adverbii, in ll. illis Aristotelis potissimum, non video certe cur circumflexum in omnibus habere debeat, ac non potius enclitice scribi, ubi subjungitur: ut, Ἀλλά πως πραττόμενα, et, Καί πως νεμόμενα, non, Ἀλλὰ πῶς πραττόμενα, et, Καὶ πῶς νεμόμενα, quam tamen scripturam supra mutare nolui: cum alioqui et Bud. de altera illa mihi assentiatur; et eam comprobet illa etiam, quam eadem exemplaria habent in l. qui non multo post allatus fuit ex Eth. 2.; ibi enim habent ταῦτά πως et αὐτά πως, non ταῦτα πῶς et αὐτὰ πῶς: nisi quis πως ita scribendo enclitice, timeat ne a suo verbo disjungi videatur. Utut sit, videat lector ne appositus in hujusmodi ll. accentus illum in errorem iuducat.

["Πῶς, Thom. M. 732. Valck. Hipp. p. 237. Quare? Markl. Suppl. 147. Wakef. Ion. 1362. Herc. F. 619. El. 225. 1088. et Musgr., Alc. 572. Trach. 192. Phil. 797. Christod. Ecphr. 199. Agathias 88. Xen. K. Ἀ. 123. (Sic πῇ, Il. K. 385.) Cur? Xen. Hier. 7, 11. K. Π. 8, 4, 8. Crusius ad Suet. 143. Pro ὅπως, ad Xen. Mem. 1, 2, 36. De sede, Eur. Phœn. 583. Dionys. H. 5, 289. 324. De constr., Brunck. Aristoph. 1, 59. ad Diod. S. 1, 609. Cum ἔχειν et gen., Eur. Hel. 320. Heind. ad Plat. Charm. 90. Cum optat., Xen. K. Π. p. 51., ubi vehementer errat Zeun., supplens ἄν. Πῶς cum optat. sine ἄν Græce non adhibetur, Brunck. Œd. C. 1418. An Homericum? Heyn. Hom. 4, 195. Πῶς et ὅπως quomodo differant, Valck. Hipp. p. 301. Diatr. 74. cf. Xen. K. Π. 374. Aliud καὶ πῶς, aliud πῶς καὶ, Porson. Phœn. 1373. Πῶς ἄν; Abresch. Æsch. 2, 90. Brunck. Aristoph. 1, 83. 137. 3, 53. Markl. Iph. p. 101. Eur. Iph. A. 977. et Markl., Iph. T. 627. (740.) Rhes. 868. Tro. 961. Herc. F. 487. Alc. 877. Phil. 531. 794. 1214. Aristoph. Σφ. 166. Lucian. 3, 303. Utinam, Valck. Hipp. p. 185. 200. Diatr. 173. Brunck. Ind. Aristoph., Sopb. Œd. T. 765. C. 1457. Brunck. Aj. 388. Eur. Suppl. 618. Markl. 796. Med. 96. 174. Or. 1056. et n., Alc. 867. Καὶ πῶς ἄν; Koen. ad Greg. Cor. 61. Πῶς ἂν οὖν —, Valck. Hipp. p. 235. Πῶς δή; Abresch. Æsch. 2, 64. Πῶς δὴ καὶ πον; Plato Charm. 94. Πῶς γάρ; Wakef. Alc. 96. Eum. 610. Ion. 1565. Bergler. ad Alciphr. 92. Koen. ad Greg. Cor. 61. ad Lucian. 1, 330. Πῶς γὰρ οὔ; ibid. Eur. Rhes. 759. Herc. F. 279. Wakef. Alc. 772. Matth. Anecd. 1, 24. Toup. Opusc. 1, 134. Πῶς γε, Wakef. Ion. 623. Πῶς δὲ, πως γάρ, Heyn. Hom. 7, 455. Πῶς οὐχ, Musgr. Ion. 611. Jacobs. Anth. 9, 183. Πῶς οὖν; Valck. Hipp. p. 229. 300. Καὶ πῶς; πῶς δή; Phœn. p. 457. Πῶς δοκεῖς; Jacobs. Anth. 10, 59. Brunck. Aristoph. 2, 102. (Πλ. 742. N. 881.) Πῶς εἰμί; Porson. Or. 73. Il. K. 408. Πῶς φῄς; Steinbr. Mus. Tur. 1, 335. Πῶς ἢ τίνος ἕνεκα; Lucian. 3, 329. Πῶς ἢ τίνα τρόπον, Dionys. H. 2, 989. Πως, Thom. M. 732. Jacobs. Anim. 39. T. H. ad Plutum p. 73. ad Diod. S. 2, 372. Dionys. H. 1, 458. Toup. ad Longin. 358. ad Charit. 324. Heyn. Hom. 8, 282. Circiter, Strabo 6, 580. De sede, Dawes. M. Cr. 466. Ἅμα πως, Crusius ad Suet. 166. Καί πως, Dionys. H. 1, 457. 5, 124. Eur. Med. 119. Phœn. 1422. Ἀεί πως, Valck. Hipp. p. 237. Ἐάν πως, Brunck. Trach. 584. Πως οὕτως, Polyb. 3, 437." Schæf. Mss.]

Ὅπως, Quomodo. Apud Aristoph. N. (677.) voci πῶς subjungitur, ista ὅπως: cum enim Strepsiades Socratem interrogasset, Ἀτὰρ τολοιπὸν πῶς με χρὴ καλεῖν; respondit Socrates, Ὅπως; Itidemque paulo post, cum ipse Socrates Strepsiadem interrogasset, Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ, respondit Strepsiades, Ὅπως ἄν; ὠδὶ, δεῦρο, δεῦρ' Ἀμυνία. Et Πλ. (140.) ad πῶς respondet Chremylus per ὅπως; subjungens, οὐκ ἔσθ' ὅπως Ὠνήσεται δήπουθεν. Quibus in ll. animadvertendum est, cum ὅπως subaudiri verbum: ut sit ἐρωτᾷς ὅπως; itidemque ἐρωτᾷς ὅπως ἂν καλέσειε; licet alioqui et directæ interrogationi adhibitum reperiatur, ut docebo infra. Interdum vero potius respondet subaudito οὕτως, Il. Δ. (37.) Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις: pro οὕτως ὡς ἐθέλεις, Fac quomodo vis, Fac eo modo quo vis, Fac ita ut vis, Fac ut libet. Alicubi autem legitur ap. Eund. Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ. Sæpe autem pro πῶς extra interrogationem, aut certe in interrogatione non directa, Quomodo, Quo pacto, Qua via, ratione, Quemadmodum, Od. A. (76.) Ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς οἶδε περιφραζώμεθα πάντες Νόστον, ὅπως ἔλθῃσι: scio tamen reddi etiam Ut. Atque ut hic περιφραζώμεθα sequente ὅπως, interjecto tamen accusativo, sic φράζου ὅπως κρύψεις ap. Soph. (Aj. 1040.) Itidem vero præcedente σκοπεῖ, ap. Plut. Camillo, Ὅπως ἀμυνεῖται τοὺς πολεμίους σκοπεῖ. Sed et cum aliis verbis: ut εὕρετο ὅπως ap. Xen. (Ἑλλ. 6, 2, 20.) sed infinitivo sequente, si mendo caret locus. Et σαφηνίζει ὅπως, rursum ap. Plut. Solone, Ὅπως ἕκαστον ἔχει, καὶ πρὸς ἣν κεῖται διάνοιαν, σαφηνίζει: Pericle, Τὴν ἀρχὴν ὅπως ἔσχεν οὐ ῥᾴδιον γνῶναι. Item, Λέξον ὅπως διανοῇ, Xen. (Ἀπ. 3, 3, 3.) Huc pertinet οὐκ ἔχω ὅπως, Plato de Rep. 2. Οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ, ἔχω, Non habeo quomodo succurram, Nullo pacto possum succurrere, Nulla est mihi succurrendi facultas. Sic Greg. Naz. Οἱ πένητες οὐκ ἔχουσιν ὅπως τοῖς πλουσίοις ἀμιλληθῶσιν. Idem, Οὐκ ἔχω δ' ὅπως ἐμαυτὸν ἐπίσχω τοῦ διηγήματος. Fortasse autem huc referri potest etiam Οὐκ ἔσθ' ὅπως: de quo dicam paulo post, ubi agam de locis in quibus ὅπως redditur particula Ut. Sciendum est porro, et ubi VOCULÆ ἄν jungitur ὅπως, sic tamen ut intelligenda sit ferri ad verbum, interdum quidem posse reddi Quomodo, sæpe vero reddendum esse Ut. Aristoph. N. (759.) Ὅπως ἂν αὐτὴν ἀφανίσειας εἰπέ μοι, Xen. Œc. Ἐκεῖνο δέ μοι δοκῶ πρῶτον ἂν ἡδέως μανθάνειν, ὅπως ἂν λαμβάνοιμι, Greg. Naz. Καὶ πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ἰδὼν, ὅπως ἂν μόνον χαρίσαιτο τοῖς κ. τ. λ. Quonam pacto gratificaretur. Et quemadmodum habuisti supra, Σκοπεῖ ὅπως ἀμυνεῖται, sic cum optativo habente ἂν ap. Liban. Ὅπως ἂν γένοιο σκοπεῖν: at de ll. in quibus vertitur Ut, dicam infra. Nunc autem addens usus hujus particulæ ὅπως ad hanc signif. pertinentes, dico ὅπως ἂν e Dem. afferri etiam pro Quomodocunque, Ὅπως ἂν δύνωνται, Quomodocunque possint. Sed animadvertendum est hanc ipsam signif. habere interdum ὅπως connexum aliis particulis; nam ETIAM Ὁπωσδὴ, ET Ὁπωσδήποτε, ET Ὁπωσδηποτοῦν, ET Ὁπωσοῦν, ET Ὁπωστιοῦν, passim ponuntur pro Quomodocunque, Quocunque modo, Quovis modo, Quoquo modo, Utcunque. Herodian. 4, (6, 2.) Τὰ δὲ πτώματα φερόμενα μεθ' ὑβρεως πάσης, ἁμάξαις ἐπιτεθέντα, ἔξω τῆς πόλεως κομισθέντα, σωρηδὸν κατεπίμπρατο, ἢ ὅπως δὴ ἐῤῥίπτετο, ubi tamen Polit. ὁπωσδὴ vertit Temere, locum hunc ita interpretans, Porro ipsa cadavera plaustris omnibus per contumeliam imposita, atque extra urbem exportata, acervatim aut temere injecta rogis comburebantur. (Ubi de hoc quoque admoneo obiter,

illum ita vertere quasi legerit πάσαις ἀμάξαις.) Sed ibi ὅπως δὴ disjunctim habetur in vulg. Edd. At vero ὅπως δήποτε, pro Quomodocunque, Quovis modo, extat in Dem. 130(=314.) Ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης ὁπωσδήποτε, ἐῶ γὰρ τοῦτο, ἐπειδή γ' ἐνεγράφης, εὐθὺς τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων. Item ὁπώσποτε vel potius ὅπως ποτὲ ap. Eund., ut docebo infra. Ὁπωσοῦν autem legimus ap. Thuc. tum alibi, tum 8. Ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι, καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν. Sic Isocr. ad Nic. Πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν, Malunt vivere quomodocunque, Quovis modo, Qualecunque vitæ genus malunt, Quodlibet. Sic ex Aristot. Probl. ὁπωσοῦν pro Quovis modo, Utcunque. Affertur ITEM Οὐδ' ὁπωσοῦν, pro Nullo modo, Neutiquam, Ne tantulum quidem. Qua signif. dicitur ETIAM Οὐδ' ὁπωστιοῦν, Thuc. 8, (71.) Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐκίνησαν, Plato de Rep. 1. Καὶ εὐδαίμονα ἐκεῖνον ποιουσιν, ὑπηρετοῦντες αὐτῷ, ἑαυτοὺς δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν, 2. Οὐδ' ὁπωστιοῦν παρήσομεν. Xen. quoque ita usus est præfixa particula οὐδέ: (Ἀπ. 1, 6, 11.) Ἐγώ τοι σὲ μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν. Sic denique et Dem. (924.) Οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐγνώριζον τοὺς ἀνθρώπους τούτους. Nec tamen existimandum est non usurpari ADVERB. Ὁπωστιοῦν nisi præfixa negativa particula: cum ap. hunc ipsum Scriptorem legamus, Εἴπερ καὶ ὁπωστιοῦν ἀληθὴς ἦν ἡ μαρτυρία, Si ullo modo verum esset testimonium. Sed separatim etiam scribitur ὅπως interdum, et non cum particula sequente colligatum: ut ὅπως ποτὲ ap. Dem. Ἀλλ' ὅπως ποθ' ὑπείλημμαι περὶ τούτων, ἀρκεῖ μοι, ubi tamen et ὁπώσποθ' a Bud. scribitur. In VV. LL. itidem ὅπως δήποτε disjunctim e Diosc. affertur pro Utcunque. Αt Ὅπως οὖν in Iisd. pro Quonam modo: e Xen. Σκοπεῖν ὅπως οὖν κόσμος ἔφυ. SUPEREST Ὅπως ἔτυχε, quod Bud. vertit Temere et sine judicio, p. 898. Sed dicendum de hoc erit et alibi. ‖ Nunc autem veniendum est ad ὅπως positum pro πῶς in interrogatione: cujus exemplum est hoc e Luciano (1, 322.) Ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστιν τὴν ὄψιν; ubi tamen Bud. positum ait διαπορηματικῶς: qui et interpr. Quomodo autem scire potero potissimum qualinam sit ille facie? At cum ὅπως subjungitur, ut cum dicitur οὐκ ἔχω ὅπως, ait poni αὐθυποτάκτως.

Ὅπως, Ut; sed cum Ut non tantum accipiatur pro ἵνα, sed usum habeat etiam affinem ei quem habet ὅπως in præcedentium ll. nonnullis, ubi redditum fuit Quomodo: de hoc prius agam. Sciendum est igitur in illo Hom. l. quem protuli supra, Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις, ὅπως commode reddi posse Ut: hoc modo, Fac ut vis, Fac ut libet: non minus quam, Fac quomodo s. quemadmodum libet. Et ut Latine dicitur Operam dabo ut hæc fiant, Curabo ut hæc fiant, Mihi curæ erit ut hæc fiant, sic ap. Plut. legimus in Lycurgo, Αὐτῷ μελήσειν ἔφη ὅπως εὐθὺς ἐκποδὼν ἔσται τὸ γενηθέν. Sic (15.) Νύμφης ἐπιτεχνωμένης ὅπως ἂν ἐν καιρῷ συμπορεύοιντο. Affertur vero et, Δέδοικα ὅπως γενήσομαι, ex Aristoph. pro Vereor ut fiam. ‖ Est certe apta hæc particula reddendo adverbio ὅπως in hoc etiam loquendi genere, οὐκ ἔσθ' ὅπως, si quidem ad verbum reddere velimus, et quidem sequendo Horat. Epist. 1, 12. Fructibus Agrippæ Siculis quos colligis, Icci, Si recte frueris, non est ut copia major Ab Jove donari possit tibi. Pro, Nullo pacto, Nulla ratione donari possit, Nulla ratione fieri potest ut donetur. Sic autem Lucr. ante eum locutus fuerat, 2. quare non est ut credere possis Esse infinitis distantia semina formis: 3. quod si linquuntur et insunt, Haud erit ut merito immortalis possit habari. Sed hoc addendum est, apud eosd. Poëtas hanc particulam Ut habere istum usum absque negativa etiam particula. Canit enim idem Horat. Od. 3, 1. Est ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis; hic generosior Descendat in campum petitor: pro Fieri potest ut etc. Sic autem et Lucret. ante illum locutus erat, cum caneret l. 2. Quinetiam quanto in partes res quæque minutas Distrahitur magis, hoc magis est ut cernere possis Evanescere paulatim, stinguique colorem:

A 4. Hic odor ipse igitur nares quicunque lacessit, Est alio ut possit permitti longius alter. Verum et hoc animadvertendum, Lucr. huic loquendi generi adhiere verbum Posse in omnibus hisce locis; at Horatium in altero id omisisse: sicut et Ovid. Possumus enim, ut opinor, bis locis addere quendam illius in Epistola Didus ad Æneam, ubi Quando erit ut condas, non aliud est quam Quando fieri poterit ut condas? vel Quando condere poteris? Ita enim ibi canit, Quando erit ut condas instar Carthaginis urbem, Et videas populos altus ab arce tuos? Sed male in plerisque exemplaribus post Quando erit, ponitur interrogationis nota. Ex his autem ll. satis patet ὅπως in illo genere loquendi respondere Latino Ut. Sed quemadmodum dicunt hi Poetæ Non est ut, item Est ut, haud scio an itidem dixeriut Græci non solum οὐκ ἔσθ' ὅπως, sed etiam ἔσθ' ὅπως: nam hujus exempla nulla mihi succurrunt; at illius passim sunt obvia. Ac certe jam unum in præcedentibus habuimus: in quodam sc. Aristoph. l., quem protuli cum B de hoc adverbio agere cœpi: Πλ. (140.) οὐκ ἔσθ' ὅπως Ὠνήσεται δήπουθεν, Non est ut emet, ad verbum, Fieri non poterit ut emat. Circa ejusdem Comœdiæ principium legitur, Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι, Fieri non poterit ut taceam, Nullo modo s. Nequaquam tacebo: ut sit pro οὐδαμῶς σιγήσομαι, quemadmodum ipse etiam Schol. exp., cui non itidem assentior in iis quæ de ὅπως dicit, sc. ὅπως esse pro ὅτι per metalepsin: quod ὅπως sit pro ὡς, at ὡς pro ὅτι. Verum præsenti indicativi sciendum est: ut in eadem Comœdia (51.) Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρηστὸς εἰς τοῦτο ῥέπει, Ἀλλ' εἰς ἕτερόν τι μεῖζον. Ubi hoc etiam animadverte obiter, non esse cum ἀλλὰ repetendum ἔσθ' ὅπως: ut sit οὐκ ἔσθ' ὅπως ῥέπει εἰς τουτί, ἀλλ' ἔσθ' ὅπως ῥέπει εἰς ἕτερόν τι μεῖζον: sed simpliciter ἀλλὰ ῥέπει εἰς ἕτερον etc. perinde sc. ac si præcederet, οὐδαμῶς ὁ χρησμὸς ῥέπει etc. Sic Plato Apol. (31.) Καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ὀρθῶς ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν. Sic Οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὐτὸς ὑγιαίνεις, Fieri non potest ut sanus sis, Nullo modo sanus es. Et C cum aoristo, ap. Dem. 123(=297.) Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι. Sed interdum additur altera negatio, juncta verbo quod sequitur post οὐκ ἔσθ' ὅπως: ut, Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ὁμονήσομεν, Isocr. Fieri non potest quin concordes simus, Omnino fiet ut concordes simus, concordes erimus; nam et Bud. οὐκ ἔσθ' ὅπως hic vertit Omnino. Et cum præsenti, Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα. Item cum aoristo adjunctam habente particulam ἂν, ut ap. Plat. in Apol., statim post illa quæ modo protuli verba, Οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἠναντιώθη ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μή τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν. Et de hoc quidem loquendi genere οὐκ ἔσθ' ὅπως hactenus: at de οὐχ ὅπως, longe diversam signif. habente, dicam infra. Sciendum est autem Soph. aliquantulum diversa forma dixisse in Aj. (378.) Οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν, pro Fieri nequeat quin hæc ita se habeant.

Ὅπως quoque cum ellipsi positum videmur posse D in earum signifi. numerum referre, in quibus aliquam cum usu particulæ Ut, convenientiam habet. Quemadmodum enim cum dicitur αὐτῷ μελήσειν ὅπως, etc. item ἐπιτεχνωμένης ὅπως, etc. item ap. Plut. Ἓν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται, talem usum habere videtur Ut, qualem cum dicitur, Cura s. Da operam ut hoc fiat, Vide ut hoc fiat: sic cum dicitur ὅπως τοῦτο ποιῇς, vel ὅπως τοῦτο μὴ ποιῇς, videtur ὅπως exprimendum potius per Ut, quam per aliam ullam particulam. Sicut enim absque ellipsi diceretur ὅρα ὅπως, vel σκόπει vel μελέτω σοι, ita Latine dicitur Vide ut hoc facias, Da operam ut hoc facias. Sed particula Ut usum hunc eum subjunctivo duntaxat habet: at ὅπως plerumque et cum futuro indicativi: ut ap. Aristoph. N. (882.) Ὅπως δ' ἐκείνω τὼ λόγω μαθήσεται. Sic Xen. K. Π. 5, (2, 9.) Ἄγ', ἔφη, ὦ Γωβρύα, ὅπως πρωὶ παρέσῃ ἔχων τοὺς ἱππέας ἐξωπλισμένους. Sic vero et cum adjicitur negativa particula, utramlibet constr. habet. Legimus enim in eadem ejusdem

Poëtæ Comœdia (822.) Ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα. Et in eadem (257.) alterius constr. hoc exemplum habemus, Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμαντ' ὅπως μὴ θύσετε. Sic ap. Plat. de Rep. 1. Καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς κ.τ.λ. Quibus in ll. non solum Vide ne, sed et Cave ne, reddere possumus. Ceterum huc pertinet Æsch. Pr. (68.) p. 9. meæ Ed. Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν, ὅπερ Στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτε, ubi Schol. deesse ait σκόπει vel ὅρα. Eust. autem δέδιθι, exponens δέδιθι μὴ πάθῃς οἴκτου ἄξια. Scribi autem potest et ὑπὲρ sine accentu, ut intelligatur jungi cum στένεις. In eadem Tragœdia (559.) p. 35. Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος, Schol. exp. φέρε σκόπησον ὅτι ἡ χάρις κ.τ.λ. Quæ autem Bud. hujus ἐλλείψεως exempla profert, cum sua interpr., videnda tibi relinquo Comm. 952. In ea autem quæ hanc proxime præcedit annotat, ὅπως esse præcipientis, aut denuntiantis, aut exhortantis, in isto Synesii loco, Ὅπως οὖν μὴ μόνον τὰς ὄψεις ἐπιβάλῃς, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν πάνυ σφόδρα προσέξεις τοῖς γράμμασιν, ubi ideo indicativum conjunctivo subdidisse ait, nisi sit menda, quod utrique tempori modoque congruat ὅπως.

Ὅπως sequente ἂν interdum Prout, potius quam Ut. Aristides, Ὅπως ἂν συμπίπτοι τῷ λόγῳ.

Ὅπως ap. Poetas pro Ut, Velut, Sicut, Tanquam; et quidem postpositum plerumque. Æsch. (Ch. 504.) φελλοὶ δ' ὅπως: [sic. Eust., sed leg. ὡς.] Eur. λέων ὅπως, Ut leo. Apoll. Rh. (1, 285.) Δμῳῒς ὅπως. Scribunt autem Poetæ præsertim heroici ETIAM Ὅππως pro ὅπως. Affertur et Ὅπως τε ex Eur. pro Tanquam; at Ὅπως περ e Soph. pro Quomodo.

Ὅπως pro Ut posito pro Quam, ut videri possit poni cum dicitur a Virg. Æn. 8. ut te fortissime Teucrum Accipio, agnoscoque libens. Videtur enim commode exponi posse Quam libens. Sic certe utitur et alibi: necnon alii quidam, e quibus Horat., ut juvat pastas oves Videre properantes domum. Neque enim dubito quin hic Ut juvat, idem valeat quod Quam juvat, ap. Tibull. Quam juvat immites ventos andire cubantem. Lucian. (2, 656.) Οἶσθα ὅπως ἦν θαρραλέος, Scin' tu quam audax essem? Sed an Ut hujusmodi quoque locis adhiberi possit, pro Quam, alii viderint. || Præstat vero ὅπως et alium usum particulæ Quam, de quo dicam in ὅπως pro ὅτι.

Ὅπως, Ut, ἵνα. Et ὅπως μή, Ut ne, ἵνα μή, Xen. (K. Π. 3, 1, 4.) Ὅπως ἀκούσῃς ἥκεις, Venis ut audias: K. (6, 7.) Ἵνα δ' αὐτῶν μηδὲν ἀντέχηται, πηγνύειν δεῖ τὰς σχαλίδας, ὑπτίας, ὅπως ἂν ἐπαιρόμεναι ἔχωσι τὸ σύντονον: (8.) Σταιχιζέτω δὲ ὑψηλά, ὅπως ἂν μὴ ὑπερπηδᾷ. Apud Eund. cum optativo, Ὅπως μὴ δοκοίη. Sic Aristoph. ὅπως ἀποδοίμην. Et Dem. Ὅπως ἐπεξέλθοιτε ὑμεῖς, Ut exiretis obviam. Affertur vero et ὅπως ἐφαίνου ex eod. Aristoph. (Eip. 136.) pro Ut videreris; et ὅπως ἔκεισο e Soph. (El. 1134.) pro Ut jaceres. Et quemadmodum Ut vacat interdum ante Ne, sic ὅπως ante μή: ut ap. Xen. (Ἀπ. 2, 9, 2.) Εἰ μὴ φοβοίμην ὅπως μὴ ἐπ' αὐτόν με τράποιτο. || Ὅπως Bud. exp. etiam ἐφ' ᾧ et ἐπὶ τῷ, afferens e Dem. 185(=443.) Ἐμισθώσατο μὲν τοῦτον εὐθέως, ὅπως συνερεῖ καὶ συναγωνιεῖται τῷ μιαρῷ Φιλοκράτει, καὶ τῶν τὰ δίκαια βουλομένων ἡμῶν πράττειν περιέσται.

Ὅπως autem pro ὅτι, ut etiam a Schol. Æsch. videmus exponi in quodam quem modo protuli loco, usurpatur a primariis etiam Scriptoribus, Thuc. Xen. Nam ex illo affertur ἴσμεν ὅπως, cum Enarratoris expositione, ἴσμεν ὅτι. Apud hunc autem legitur K. Π. 3, (3, 10.) Ἀλλ' ὅπως μέν, ὦ Κῦρε, καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδ' ὑπονοεῖτε. Quendam etiam Aristoph. locum protuli, in quo a Schol. exponi ὅτι docui, (nam ὅπως pro ὡς, hoc autem pro ὅτι poni ait,) sed me, uti dixi, nequaquam ei assentiente. || Quinetiam cum dicitur ὅπως τάχιστα, possumus ei hic quoque tribuere illum usum, quem ὅτι cum hoc adverbio aliisque nonnullis habet, itidemque particula ὡς: eundem sc. quem habet particula Quam cum adverbiis itidem superlativi gradus: reddendo ὅπως τάχιστα Quam celerrime, Quam citissime: Eust. autem ὅπως τάχιστα e Soph. affertur λίαν ταχέως. Sed pro Quam celerrime s. Quam celerrime fieri potest, dicunt etiam ὅπως ἔνι τάχους: item ὅπως ἔχουσι τάχους, pro Quam celerrime possunt, Quam citissime possunt. Quorum utroque Basilius usus est.

AT VERO in Οὐχ ὅπως longe a præcedentibus diversam signif. habet ὅπως: accipitur enim οὐχ ὅπως pro Non solum non: sequente ἀλλὰ, et quidem adjunctam sæpe habente particulam καί. Isocr. Areop. Οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες αἰσχύνην αὐτοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν, ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, Dem. pro Cor. Οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτωνὶ, πολιτεύῃ. Quibus in ll. ei respondet particula ἀλλὰ, non adjuncta particula καί: at sequentes loci adjectam illam habent. Xen. Ἑλλ. 5, (4, 34.) Οὐχ ὅπως τιμωρήσαιντο ἀλλὰ, καὶ ἐπαινέσαιεν τὸν Σφοδρίαν. Et ap. Dem. (licet in ejus etiam loco, quem paulo ante protuli, habeas ἀλλὰ, sine καὶ,) Phil. 2. Οὐχ ὅπως ἀντιπράξειν καὶ διακωλύσειν, ἀλλὰ καὶ συστρατεύσειν, ἂν αὐτοὺς κελεύῃ. Sic denique et Lucian. (3, 198.) Φημὶ γὰρ καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολύν. Dem. interjecit etiam particulam γὰρ inter οὐχ et ὅπως in hoc loco (ubi Bud. vertit, Non enim hoc modo, Neque enim tantummodo,) Orat. c. Mid. (p. 518.) Οὐ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ δίκῃ καὶ ψήφῳ τῶν ἐλόντων γιγνόμενα, τῶν ἐαλωκότων καὶ κεκτημένων ἐξ ἀρχῆς τῇ γοῦν ἑορτῇ ἀπεδώκατε εἶναι. Ceterum in hujusmodi ll. possumus οὐχ ὅπως interpretari etiam Tantum abest: quinetiam Nedum, sed mutata orationis structura. At nonnunquam οὐχ ὅπως in posteriore membro ponitur; et tunc apte redditur, Nedum, vel Tantum abest ut, minime mutata orationis structura. Lucian. Καίτοι ἐγὼ μὲν ἀποφράδα μὴ εἰδὼς, ᾐσχυνόμην ἂν μᾶλλον, οὐχ ὅπως εἰπὼν ἀρνηθείην ἄν: (1, 192.) Οὐδὲ μνημονεύσειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, Neque Jovem postridie memorem futurum existimabam, nedum tam graviter hæc laturum. Vel, Tantum abest ut eum tam graviter hæc laturum putarem. Animadvertendum est autem in hoc etiam loquendi genere, ac præsertim quale est in superioribus exemplis, in quibus οὐχ ὅπως in priore membro ponitur, ὅπως præstare usum VOCULÆ ὅτι, (dico autem, in hoc quoque genere loquendi, quod paulo ante alium etiam usum particulæ ὅτι præstare particulam ὅπως docuerim,) cum itidem dicatur οὐχ ὅτι pro Non solum non: ut in hoc Athen. loco, Οὐχ ὅτι ἡμῶν τινὰ προσβλέποντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλους. Sed ne fallatur lector, admonitus esto, in οὐχ ὅπως aliquando etiam pro Ut usurpari ὅπως: ut, Οὐχ ὅπως εὐορκήσῃ πρόνοιαν ποιήσεται. Quem l. Budæus afferens ait, οὐχ ὅπως esse pro οὐχ ἵνα. Verum ego suspicor ὅπως hic esse pro Ut, non tam significante ἵνα, quam eum usum habente quem habere diximus cum Curare, Dare operam: cum dicitur, Curabo ut hoc fiat, Dabo operam ut hoc fiat. Cujus signif. exemplis ante a me productis addo et hoc e Xen. (Œc. 7, 5.) Τὸν δ' ἔμπροσθεν χρόνον ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐπιμελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δὲ ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο. Quod si eund. usum ibi habeat, illa verba, Οὐχ ὅπως εὐορκήσῃ πρόνοιαν ποιήσεται, in ista poterunt resolvi, mutata orationis structura, οὐ τοῦ εὐορκῆσαι πρόνοιαν ποιήσεται.

" Ὅκως, Ionice pro ὅπως dicitur, Herod."

[" Ὅπως, Thom. M. 654. 732. ad Charit. 652. Toup. Emendd. 1, 183. Valck. Hipp. p. 242. 299. Ὅπως, πῶς, Porson. Med. p. 80. ad Lucian. 2, 6. 93. 3, 378. Weisk. ad Xen. T. 5. p. 60. Postquam, Soph. Œd. T. 1241. 1244. Trach. 795. 917. Phil. 614. Aristoph. N. 60. ad Herod. 9. 51. 77. 164. 167. 272. 494. 502. 557. 613. 641. Quoties, 8. 34. 152. 164. 167. 170. 260. 317. 472. 474. 560. 604. 661. 679. 685. Toup. Opusc. 1, 262. (addito τε, Herod. 2, 108.) Cum, Soph. Trach. 765. ad Callim. 1. p. 79. Quemadmodum, Eur. Cycl. 406. Quomodo, de constr., Brunck. ad Poet. Gnom. 314. Aristoph. 1, 77. 82. 167. Phil. 55. Eur. Med. 670.

Porson. p. 79. Ut, de constr., Brunck. Aristoph. 1, 167. 2, 10. 16. 95. Porson. Or. 646. Musgr. 653. Brunck. p. 219. Œd. T. init. 921. 1518. Antig. 776. Trach. 602. Aj. 567. 569. El. 57. 760. Hermann. Obss. Crit. 20. Boeckh. in Plat. Min. 62. ad Herod. 519. Ὅπως etiam Ut finale significans, interdum cum fut. indic. construitur, Brunck. Aristoph. 3, 210. Ὅπως, Ut, cum indic., 1, 193. Εἰρ. 136. Soph. Œd. T. 1392. El. 1134. et Brunck., Musgr. Phœn. p. 188. Segaar. in Daniel. p. 17.: cum infin., ad Diod. S. 1, 415. 597. 655. 2, 408. 467.: cum conj., Herod. 692.: cum optat., Hom. Batrach. 248. Ed. Wolf., Xen. K. Π. 65. Dawes. M. Cr. 267. Brunck. ad Orest. p. 219. De particulæ ὅπως usu Homerico, Heyn. Hom. 5, 700. 6, 44. Ὅπως pro πῶς, Heind. ad Plat. Lys. 25. Charm. 101. Ὅπως et πῶς quomodo differant, Valck. Hipp. p. 301. Ὅπως et πῶς conf., p. 242. ad Lucian. 1, 308. ad Diod. S. 1, 298. Zeun. ad Xen. Mem. 1, 1, 20. ad K. Π. 61. Ὅπως i. q. ὅτι, Herod. 1, 37. extr. Aristoph. Εἰρ. 132. Soph. Œd. T. 548. Pro ὡς, ad Xen. Mem. 2, 4, 2. ad Lucian. 1, 194. Herod. 417. 431. 616. 676. Conf. c. ἐπεὶ, Heyn. Hom. 6, 201. 312.: cum οὕτως, 7, 372. Post verba jubendi, ad Diod. S. 1, 597. Dionys. H. 1, 102.: metuendi, Eur. Heracl. 249. Plato Euthyphr. p. 20. Fisch., Soph. Œd. T. 1074. Post ἐλπίζω, El. 963. Eur. Heracl. 1051. Post οἰκτείρω, Soph. Phil. 169. Post δέομαι, Bast Lettre 192. Post φημὶ, Herod. 128. 254. 255. 579. 616. 676. An interrog., Dawes. M. Cr. 477. Brunck. Aristoph. 1, 254. Collocatio particulæ ὅπως exquisitior, Bibl. Crit. 3, 1. p. 35. De quant., Græfe ad Meleagr. p. 101. De constr., Thom. M. 268. et Add., 613. ad Charit. 460. Dawes. M. Cr. 228. 321. 471. Eur. Heracl. 421. Wakef. Ion. 1146. Musgr. Herc. F. 504. 1281. El. 835. ad Diod. S. 2, 542. Lucian. 2, 99. Wolf. ad Dem. c. Lept. 266. 375. Zeun. ad Xen. K. Π. 16. 21. 62. 63. 94. 149. 498. Abresch. Lectt. Aristæn. p. 12. Xen. Eph. 84. ad Herod. 160. ad Callim. 1. p. 259. Cum fut. indic., Brunck. Aristoph. 2, 19. 125. 3, 221. ad Diod. S. 1, 691. Duker. Præf. Thuc. 1. Porson. Hec. p. 80. Ed. 2. Heyn. Hom. 7, 313. 390. ad Herod. 578. hinc corrig. 579. ad 665. Musgr. Cycl. 626. Cum fut. indic., omisso aut addito ὅρα, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 30. 31. Zeun. ad Xen. K. Π. 47. Hutch. 17. Toup. Opusc. 1, 31. Mos. du Soul ad Plut. Ages. 639. Reisk., Bergler. ad Alciphr. 194. Koen. ad Greg. Cor. 89. ad Lucian. 1, 189. 419. ad Herod. 477. Cum conj., Heyn. Hom. 7, 313. 381. 390. Herod. 623. sed malim λάμψεται: cf. 626. ad 631. 735. 738. Xen. Ἑλλ. 2. Schn. Cum optat., Herod. 635. 651. ad 655. 738. Cum gen., ad 722. Abresch. Lectt. Aristæn. 338. Valck. Diatr. 253. Ὅπως ἔχω, cum gen., Thom. M. 635. Boiss. Philostr. 432. Ὅπως cum superl., Soph. Phil. 627. Ὅπως μὴ, de constr., Brunck. Aristoph. 1, 24. 51. 197. 2, 185. 3, 190. Ἀ. 343. Dawes. M. Cr. 227. 321. 459. Muller. ad Plat. Ion. p. 6. Wakef. Trach. 602. Phil. 1069. Heind. ad Plat. Lys. 1122. Charm. 67. Gorg. 109. 112. 113. 218. 228. Schneid. Anab. 38. Lobeck. Aj. p. 304. 385. Brunck. Œd. T. 1075. El. 956. 1403. Eur. Bacch. 363. Valck. Hipp. p. 224. ad Herod. 160. Post ὅπως, it. ὅπως μὴ, fut. indic., Valck. Phœn. p. 35. Brunck. ad Eur. Med. 325. Bacch. 1371. ad Xen. Eph. 270. ad Herod. 160. 216. 500.: Xen. Mem. 1, 2, 37. Φυλάττου, ὅπως μὴ — ποιήσῃς: leg. ποιήσεις. Ἐπιμέλονται, ὅπως μὴ ἔσονται, Xen. K. Π. p. 13. Ante ὅπως, subaud. σκόπει, Markl. Iph. p. 266. Musgr. Iph. T. 321. Wakef. Herc. F. 504. Jacobs. Anth. 7, 357.: Porson. Hec. p. 27. Ed. 2.: (De ὅπως subaudito ὅρα.) 'Plerumque quidem ὅπως vel ὅπως μὴ cum secunda persona, aliquando cum tertia construitur, rarius cum prima.' Φράζεσθαι, ὅπως — de constr., Heyn. Hom. 5, 585. 686. 700. 701. Ὅπως, Ὅπως ἄν, Brunck. Aristoph. 1, 31. 77. 214. 256. 2, 192. ad Diod. S. 1, 643. Ὅπως ἄν, Eur. Iph. A. 539. Hel. 748. 899. Aristoph. Λ. 267. Brunck. 2, 10. 3, 9. Plato Lys. p. 15. Brunck. Œd. C. 188. Aj. 1222. Hermann. Obss. 22. Eur. Med. 938. Alc. 782. De sede, Brunck. ad Aristoph. N. 776. Cum optat., Herod. 625. Ὅπως ἂν μὴ, seq. conj., Eur. Phœn. 760. Ὅκως ἂν post δεῖσθαι, Herod. 165. Πῶς ὅπως; Heind. ad Plat. Hipp. 153. Ναῦς ὅπως, Veluti navis, Wakef. Herc. F. 1099. 1405. Wakef. Phil. 845. Jacobs. Anth. 6, 405. Ὅπως πρῶτα, Simul ac, Hesiod. Θ. 156. Ὅπως δὴ, Heind. ad Plat. Phædr. 320. Eur. Or. 79. Ὅ. δή ποτε, Dionys. H. 2, 824. Ὅ. ποτὲ, Casaub. Athen. 1, 70. ad Mœr. 51. Dionys. H. 2, 829. Οὐχ ὅ., seq. ἀλλὰ, ad Phalar. 298. Thom. M. 471. Μὴ ὅ., ἀλλ' οὐδὲ, Xen. K. Π. 41. Οὐχ ὅ., ἀλλ' οὐδὲ, Wyttenb. Select. 410. ad Diod. S. 1, 45. 68. 186. Phalar. 166. Lucian. 1, 192. 440. 501. Zeun. ad Xen. K. Π. 731. Οὐκ ἔσθ' ὅ., Valck. Hipp. p. 230. Dawes. M. Cr. 276. Ἔσθ' ὅπως —, interrogantis, Lucian. 1, 87. Ὅπως τί δράσῃ; Brunck. Œd. C. 1725. cf. El. 390.: Eur. Med. 1059. Οὔ τοί ποτ' ἔσται τοῦθ', ὅπως — παρήσω —. Ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα, Porson. Or. 79. Soph. Œd. T. 1376. (1458.) C. 273. 336. Both. ad Soph. Fr. p. 87. Ὅκωσπερ, Lucian. 3, 475. 481. Ὁπωσοῦν, ad 2, 8. Thom. M. 655. Duker. Præf. Thuc. 9. Ὁπωστιοῦν, Thom. M. 655. Plato Phædr. 291. Heind. ad Apol. p. xxi. Xen. K. Π. 64." Schæf. Mss. "'Ὅπως οὖν pro ὁπωσοῦν seorsim scribitur ap. Chrys. de Sacerd. 4, 5. p. 182. bis." Routh. Mss.]

P.

"P, ap. Eretrienses frequenti erat in usu; eam "enim non paucis vocibus contra morem aliorum "inserebant:" [Plato Cratylo p. 434.] "Poetæ autem "nonnullis vocabulis eam inseruisse comperiuntur, "ut sonum asperiorem efficerent. Quinetiam in "vocibus nonnullis, quas cum Poetis communes alii "Scriptt. habent, ascititium esse existimatur: ut in "οἶστρος et ἀλάβαστρον. Vide Eust." ["P et Γ conf., Jacobs. Anim. 258. P et N, Anth. 10, 251. P et I, vide I." Schæf. Mss. Strabo 10. p. 688. Inscr. ap. Mus. Cr. Cantabr. 1, 536. * "Ἀντιῤῥῶ, Rho inversum, nota librariorum, Montf. Palæogr. 132." Kall. Mss.] "Ῥωβικώτερος, Qui vix potest pronuntiare ρ "literam, VV. LL." ["Ῥωβικὸς, Qui literam ρ bene et plane proferre potest, Kuhnius. Diog. L. (2, 108.) Euclide p. 87. HSt. (=143.) Ὁ ὑβριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν, Καὶ ψευδέσ' ἀλάζοσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων, Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν * [illegible]οστωμυλήθραν· ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀμπεῖναι, καὶ ῥωβικώτερος ὢν παύσασθαι." Seager. Mss. Ceteræ autem Edd. habent * Ῥωποστωμυλήθρα, Suidas male * Ῥομβοστωμυλήθρα. Cf. Ῥωποπερπερήθρας, et not. ad Plut. Dem. 9.]

"Ῥα, particula παραπληρωματικὴ, i. e. Expletiva, "quæ ex ἄρ facta videtur, per metathesin. Quidam "σύνδεσμον παραπληρωματικὸν appellarunt. Est au-"tem ex encliticis: et redditur Certe, Utique: vel "tanquam omnino vacans, ideoque interpretationem "non postulans, prætermittitur. Od. Z. (329.) αἴδετο "γάρ ῥα Πατροκασίγνητον. Atque ut hic particulæ "γὰρ subjungitur, sic alibi cuipiam alii: ut in prin-"cipio Il. B. voculæ μέν: et utrique redditur δέ. "Dicitur etiam ὅς ῥα, ut ὅς γε, pro ὅς. Interdum "accentum retinet, in nonnullis quidem certe ex-"empl.: veluti post ἦ: cum dicitur ἦ ῥά." ["Heyn. Hom. 4, 261. 6, 142. 571. 593. 610. 614. 617. 7, 28. 66. 68. 73. 77. 93. 96. 107. 161. 195. 239. 242. 7, 254. 370. 375. 379. 464. 479. 489. 502. 602. 8, 29. 38. 71. Clark. ad Il. A. 56. B. 1. 742. ad Il. Δ. 459. 501. 524. E. 543. 858. N. 793. ad Herod. 327. An ἤ ῥα? Lobeck. Aj. p. 442. De ὅῤῥα, Heyn. Hom. 7, 181. Brunck. Apoll. Rh. 124. 159. De * τόῤῥα, ad Il. Π. 228. Καί ῥα, Ernest. ad Batrach. p. 416. Valck. Callim. 294. Ὅτι ῥα, Heyn. Hom. 4, 30. Ὅς ῥά τε, 7, 71. 104. Il. Γ. 61. Γάρ ῥ', Heyn. Hom. 6, 241. 524. Ἐπεί ῥά γε, 7, 72. Εἰ δή ῥα, 125." Schæf. Mss. "Ῥά γε, Hom. H. in Apoll. 3. Ῥά τε, Orph. Arg. 168. Il. M. 304." Wakef. Mss. Τίς ποκα ῥὰ, Alcman ap. Apollon. de Adv. 566.]

ΡΑΒΔΟΣ, ἡ, (invenitur autem scriptum ETIAM Ῥᾷβδος, de qua scriptura dicam infra, ubi sc. singulas signiff. recensuero,) Virga: ut Virg. quoque et Ovid. interpr. ap. Hom., Virgam appellantes, quam ille vocavit ῥάβδον, de Circe loquens, Od. K. (389.) Κίρκη δὲ δι' ἐκ μεγάροιο βεβήκει Ῥάβδον ἔχουσ' ἐν χειρί: (238.) αὐτίκ' ἔπειτα Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ: (319.) οὐδέ μ' ἔθελξεν, Ῥάβδῳ πεπληγυῖα: (293.) Ὀππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ περιμήκεϊ ῥάβδῳ. Itidem enim Virg. cecinit, Aurea percussum virga, sparsumque venenis Fecit avem Circe. Ovid. autem de eadem loquens, et quidem illos ipsos Ulyssis socios mutante in porcos, Metam. 14. Et tetigit summos virga dea dira capillos: paulo post, conantem virga mulcere capillos. Ubi, nam et hoc observatione non indignum est, Mulcere virga dicitur, quæ ex Hom. diceretur non simpliciter θέλγειν ῥάβδῳ, sed θέλγειν ῥάβδῳ πεπληγυῖα. At quod dicit hic πλῆξαι ῥάβδῳ, et ἐλάσαι, magis ad verbum interpretabimur e Virg., Percutere virga, (ut in versu quem modo protuli, Aurea percussum virga,) quam Tangere, ex Ovidio, Et tetigit etc. Quinetiam ut Mercurio tribuitur ῥάβδος ab Hom., sic Virga a Lat. Poetis: et nominatim a Virg., qui de ipso Mercurio cecinit, Tum virgam capit; hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit; Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat: ad istos Homeri versus respiciens, quibus ultimum Odysseæ librum exorsus est, Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν, Καλὴν, χρυσείην· τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Et in versu proxime sequenti, Τῇ ῥ' ἄγε κινήσας· αἱ δὲ τρίζουσαι ἕποντο. Sed et Horat. hoc Mercurii munus describens, Virgam vocavit itidem, quam Homerus ῥάβδον: Od. 1, 10. Tu pias lætis animas reponis Sedibus, virgaque levem coerces Aurea turbam. Idem hanc ῥάβδον non simpliciter Virgam, sed Horridam virgam appellat, 1, 24. Non vanæ redeat sanguis imagini, Quam virga semel horrida—Nigro compulerit Mercurius gregi. At vero ad illud ῥάβδον χρυσείην pertinet epithetum χρυσόῤῥαπις, quod Mercurio non semel ab Hom. tribuitur. An autem χρυσόῤῥαπις reddi etiam possit Caducifer, quod epithetum Lat. Poetis est usitatum de Mercurio, atque itidem ῥάβδος, Caduceum, (ut sc. hæc virga esse dicatur i. q. κηρυκεῖον,) aliis expendendum relinquo.

Ῥάβδος in soluta etiam oratione frequens est, et quidem multiplicem usum habens: adeo ut Bacillum etiam reddere possimus alicubi. Interdum enim de Virga dicitur qua equum percutimus; Xen. Ἱππ. (8, 4.) Ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἔχων τις μάστιγα ἢ ῥάβδον, ἐμβαλέτω ὡς ἰσχυρότατα. In alio ejusdem libri loco (11, 4.) dicit ῥάβδῳ κρούειν, et βακτηρίᾳ παίειν, de equo itidem loquens. Herodian. dixit etiam, equites quosdam moderari cursum equorum ῥάβδῳ μόνῃ, absque frænis: 7, (9, 13.) Καὶ ἱππεῖς ἄριστοι, ὡς καὶ χαλινῶν ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾷν. Apud Lucillium autem, Epigr. p. 187. meæ Ed. ῥάβδος etiam vocatur Cujus usus est ad abigendos canes; ita enim minatur cuidam Cynico philosopho, Ἂν δὲ * παραρπάζῃς ἄρτους καὶ κλάσματ' ἀναιδῶς, Κἀγὼ ῥάβδον ἔχω, καί σε λέγουσι κύνα, ubi certe Baculum vel Scipionem videmur debere potius interpretari quam Virgam. Plurali autem numero ῥάβδοι sæpe de Virgis quibus cædebantur pueri, aut servi, aliive: unde ξαίνειν ῥάβδοις et ξαίνεσθαι, item τύπτειν et τύπτεσθαι. Plut. Alex. Πρὶν ἐπιδεῖν Μηδικαῖς ῥάβδοις ξαινομένους Μακεδόνας, καὶ Περσῶν δεομένους, Plut. Symp. 6. Τῶν οἰκετῶν ἕνα τύπτοντες ἁγνίαις ῥάβδοις. Ubi * ἁγνίαις scribendo, intelligemus ῥάβδοις ἄγνου: ut dicuntur ῥάβδοι μυρσίνης ab Eod. in Quæst. Rom. Ῥάβδοις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐκολάσθη μυρσίνης. Quinetiam ῥάβδους cum μάστιγας copulavit Idem in Camillo. Sæpe vero ap. eos qui de rebus Romanis scripserunt, ῥάβδοι e Romani sermonis consuetudine interpretari debemus Fasces. Plut. Popl. Ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι: Quæst. Rom. Διὰ τί τῶν στρατηγῶν αἱ ῥάβδοι συνδεδεμέναι προσηρτημένων τῶν πελέκεων φέρονται. Herodian. 7, (6, 4.) Αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν, ubi eas facit duplices, sc. βασιλικὰς et ἰδιωτικάς: addit enim, Ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. Polit. tamen et hic interpr. Virgas. Et τὰς ῥάβδους ὑφεῖναι, quod Lat. dicebant Fasces summittere, Plut. Popl. p. 32.

Ῥάβδος, Virga viscata, qua falluntur aves, ut dixit Ovid., Metam. 15. nec volucres viscata fallite virga. Apud Aristoph. Ὄρν. (527.) ὀρνιθευτὴς dicitur ἱστάναι βρόχους, et παγίδας, et ῥάβδους, item ἕρκη, et νεφέλας, et δίκτυα, ac πηκτάς. Schol. autem in hanc vocem ῥάβδους, annotat, γράφεται σταυρούς: et addit, ἔστι δὲ εἶδος δικτύου, ὃ χρίουσιν ἰξῷ: quæ verba non dubium est quin referantur ad illud ῥάβδους potius quam ad hoc σταυρούς. Sed videndum an εἶδος δικτύου appellare ῥάβδους illas debuerit, i. e. Genus retis.

Ῥάβδος, Ramus: ut ῥάβδοι λεπταὶ, Diosc. Rami tenues. Sic autem et Plin. interpr. ap. Eund., cum hunc ejus locum, Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχίνῳ ὅμοια, καὶ τὰς ῥάβδους, καὶ τὸν καρπὸν, ita reddit, Tragion nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis, junipero similis et semine et folio et ramis. Sed palmæ rami peculiariter vocati fuisse ῥάβδοι existimantur. ‖ Ῥάβδοι, Sarmentum, eod. Plinio interprete, cum casiæ crassius sarmentum vocat quod Theophr. τὰς ῥάβδους πλατυτέρας.

Ῥάβδος, Bacillus, aut etiam Baculus, vide supra in Ῥάβδος pro Virga. Sed et ap. Serv. Grammaticum habemus vocem ῥάβδον expositam Pedum, h. e. Baculum recurvum.

Ῥάβδος, Hastile, Bud., afferens Xen. K. (10, 3.) Τὰ δὲ ἀκόντια ἔχοντα τὰς λόγχας εὐπλατεῖς, ῥάβδους δὲ στιφρὰς· τὰ δὲ προβόλια πρωτον μὲν λόγχας ἔχοντα ἀποκεχαλκευμένας κατὰ τὸ μέσον, καὶ τὰς ῥάβδους κρανείας. Existimo autem pro hac Bud. interpr. facere, quod legimus ap. Virg. G. 2. et rasæ hastilia virgæ. Licet hic de hastilibus ad alium usum comparatis agatur.

Ῥάβδοι, clypeis etiam tribuuntur ab Hom., ubi dupliciter posse exponi docet Eust. 905. fin.

Ῥάβδος in aëre vocatur Arcus cœlestis exhibitio in directum conformata, ut quidem vertit Bud. definitionem Aristotelis in l. de Mundo: ῥάβδος ibi reddens Virga. Illius autem verba, loquentis de iis quæ in aëre apparent, sed speciem tantum exhibentia, Ῥάβδος δέ ἐστιν ἴριδος ἔμφασις εὐθεῖα.

Ῥάβδοι, Venæ terræ in metallis, Bud. e Theophr. C. Pl. 4, 13. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ῥάβδους, οὕτω κἂν τοῖς ἐργασίμοις ὑπολαβεῖν χρὴ διατετάσθαι τὴν μὲν, τοιάνδε, τὴν δὲ, τοιάνδε, παραλλήλας: quæ Gaza ita vertit, Ut enim in metallis, sic et in arvis putandum venas spatiari vicinas, diversas inter sese.

Ῥάβδοις διαποίκιλος idem Gaza ap. Aristot. vertisse traditur Lineis intervenientibus varius. Sed crediderim posse nos et hic ῥάβδοις interpretari Virgis, respicientes ad Ovid., cui similes alii alibi reperiuntur de Arte Am. 1. de tauro quodam, Signatus tenui media inter cornua virga: Una fuit labes, cetera lactis erant. Quo pertinet Virgatæ tigres.

Ῥάβδους in vestimentis quoque quidam interpr. Lineas: ut cum scribit J. Poll. 7, (53.) purpureas ῥάβδους intertextas tunicis vocari παρύφους. Quo pertinent quæ Serv. in Æn. 8. annotat, Virgatis lucent sagulis. Quæ, inquit, habebant in virgarum modum deductas vias. Et bene allusit ad Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur. Virgatis ergo, ac si diceret Purpuratis. Hæc ille; sed Virgatis aliter quoque ibi exp.

Ῥάβδοι, Virgulæ et obeli qui versibus Homeri ascribebantur, VV. LL. Possint autem fortasse vocari hujusmodi ῥάβδοι, Virgæ censoriæ: e Fabio, ita scribente, 1, 5. Quo (judicio) ita severe sunt usi veteres Grammatici, ut non versus modo censoria quadam virga notare, et libros qui falso viderentur inscripti, tanquam subdititios, summovere familia permiserint sibi, etc. Verum hic alia exempl. habent, Virgula, non Virga. [Schol. Pind. N. 2. init.]

Ῥάβδος duplicem habet etymologiam ap. Eust. Ῥάβδον, inquit ille, alii circumflexo accentu notant in priore, ob ῥᾷον, dicentes fieri παρὰ τὸ ῥᾷον βαδίζειν ποιεῖν: at qui derivari a verbo ῥαπίζειν existimant, α ante β corripi ajunt. Idem alibi, e quorundam antiquorum ὑπομνημάτων auctoritate, tradit ῥάβδον dici παρὰ τὸ ῥᾳδίως ποιεῖν βαδίζειν. Sed addi in iisd., rectius deduci a verbo ῥαπίζειν: ut, inquit, priore quidem ratione debeat προπερισπᾶσθαι, posteriore autem παροξύνεσθαι. Idem in quendam locum Il. M. testatur magis receptam fuisse ap. veteres deductionem a verbo ῥαπίζω. Sciendum est ap. eum ῥάβδος etiam scribi, cum α et acutum et ι subscriptum habente: sc. sequendo alterum illud etymum a ῥᾷον. Sed qua ratione habet ι subscriptum, eadem et circumflexum poscit: quorum utrumque in adverbio ῥᾷον extat. Eust. tamen circumflexi quidem mentionem facit, at ι subscripti, non item. Etym. alias præterea etymologias affert, quæ magis remotæ mihi videntur: qui tamen nec duabus illis, vel potius neutri illarum quas modo protuli, multum fidei habeo. Nec video cur non æque verisimile videri debeat e ῥάβδος factum esse ῥαβδίζω, et ex eo deinde ῥαπίζω.

[" Ῥάβδος, Jacobs. Anth. 8, 120. 10, 41. ad Diod. S. 2, 230. Monum. Byz. 18. Heyn. Hom. 6, 326. 8, 794. Longus p. 5. Vill., Munck. ad Anton. Lib. 158. Verh., Tonp. Opusc. 2, 89. ad Il. M. 297. Conf. c. ἀνὴρ, ad Dionys. H. 2, 1111. De genere, ad 1, 570. 2, 890. Heyn. Hom. 6, 326. Ῥάβδοι, Venæ auri et argenti in metallis, ad Diod. S. 1, 359. Liueæ in vestibus, ad 1, 313. Zeun. ad Xen. K. Π. 747. Jacobs. Anth. 7, 333." Schæf. Mss. I. q. ῥαβδοφόροι, Æsch. Suppl. 256. Ῥάβδοι, Genus quoddam phænomenorum ætheriorum, Plut. 9, 544.]

Ῥαβδονόμος, vide cum compp. quæ proxime sequuntur.

Ῥαβδοῦχος, [* Ῥαβδούχη,] ET Ῥαβδοφόρος, ὁ, ἡ, Qui virgam s. virgas gestat, aut fasces, s. bacillum, aut baculum, Lictor: ut Plut. Rom. ῥαβδοῦχοι exp. λικτῶρες. Atque ita vertit Polit. ap. Herodian. 7, (8, 10.) Καὶ παρ' οἷς εἰς τὴν τοῦ ἡγουμένου ὑπηρεσίαν ἀρκοῦσι ῥαβδοῦχοι. Apud Act. tamen 16, 35. Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους, ubi vetus Interpr. vertit Lictores: alii interpr. Viatores, et intelligunt eos quorum opera utebantur magistratus vocandi quempiam, vel aliquid denuntiandi causa, non item ligandi: quod lictorum erat: sic tamen ut confusa interdum fuisse videantur horum munia. Polyb. ap. Suid. Παρῆν ῥαβδοῦχος παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καλῶν τὸν βασιλέα. ITEM Ῥαβδονόμος, Lictor, Designator, Bud. e Plut. (Æmil. 32.) In VV. LL. Minister qui cedere facit, i. e. locum præbere. Ab Hes. autem exp. βραβευτής: de qua exp. mox dicam. Ῥαβδοῦχος et βραβευτὴς pro eod. ponuntur a Plat. Protag. 298., sc. pro Moderatore et arbitro disputationis, Bud. Sic certe ab Hes. ῥαβδονόμος exp. βραβευτής: sed accipiente, ut opinor, βραβευτὴς in propria signif. De ῥαβδοῦχοι autem et ῥαβδοφόροι vide et Suid. Apud Eust. 104. legitur et ὁ * ταξεωτικὸς ῥαβδοῦχος. [" Ῥαβδοῦχος, ad Herod. 644. ad Diod. S. 1, 362. Ῥαβδοφόρος, ad 1, 144. ad Herod. l. c. Plut. Alex. 171. Schm." Schæf. Mss. Poëtice Ῥαβδηφόρος, Lycophr. 1139.] Fiunt autem ab hoc ῥαβδοῦχος, et NOMEN Ῥαβδουχία, et VERB. Ῥαβδουχέω. Quamvis autem ῥαβδουχία sonet Ipsum munus gestandi virgas s. fasces, affertur tamen plur. ῥαβδουχίαι et pro Fascibus. [Plut. Cic. 16. Antou. 17.] At ῥαβδουχῶ, cum significet proprie Virgas gesto, s. Fasces, aut Anteeo gestans fasces, a Bud. tamen ῥαβδουχεῖν exp. simpliciter Anteire, Anteambulonis officium præstare. Verum in l. quem affert, non activa vox habetur, sed passiva, e [Plut.] Numa, (10.) Ῥαβδουχοῦνται δὲ προϊοῦσαι Ἑστιάδες, ubi exp. Cum fascibus deducuntur. [" Activum Ῥαβδουχεῖν, Lictoris officio fungi, habes ap. Athen. 259." Schw. Mss. * Πρωτοραβδοῦχος, Gl. Primivirgius: * Ῥαβδουχικὸς, Gl. Lictorius.] Ab illo autem nomine ῥαβδοφόρος est VERB. Ῥαβδοφορέω, quod Idem tradit esse ἱππασίας τὶ γένος, ex J. Poll. 46. Affert vero et e Xen. (Ἱππ. 7, 11.) p. 121. [ubi leg. ἐπιραβδ.] " Ἐπιραβδοφορεῖν τὸν ἵππον, Virga s. Virgæ ictu instigare equum ad cursum, J. Poll. 1, (220.) Τὸ δὲ ἐπιραβδοφορεῖν τὸν ἵππον, οὐ πάνυ ἐπαινοῦσιν οἱ ἱππικοί." [Lex. Xen.]

Ῥαβδοειδὴς, Virgæ formam habens, Virgæ speciem præ se ferens. In VV. LL. exp. et Virgatus. Apud Medicos quædam ῥαφὴ, i. e. Sutura, vocatur ῥαβδοειδὴς, quæ ETIAM Ὀβελαία: sc. Sutura cranii recta,

